per negligentiã mortaliter: ⁊ grane est ad corrigẽdum. seq̃tur noui ⁊ eterni testamenti: q2 ex effusione sanguinis xp̄i testamentum accipimus eterne hereditatis. De hoc testamento dr̄. Lu. xxij. Dispono vobis regnum sicut disposuit mihi pater vt edatis ⁊ bibatis sup mensam meã in regno meo. Sequitur mysteriũ fidei: q2 sine fide nõ fit hoc sacramẽtũ: q2 sine fide nõ põt aliq̃s plene intelligere hoc sacramẽtũ. Sequit̃ quotiescũq3 feceritis in mei mẽoriã facietis. i. in memoriã mee passionis ⁊ mortis. vñ Pau. ad Cori. x. Quotiescũq3 corp9 xp̄i mãducaueritis ⁊ sanguinẽ eius biberitis mortẽ dñi ãnũciabitis. Notãdũ ẽ q illa crux q̃ fit sup panẽ cum dicitur. Benedixit fregit. signat q xp̄s passus est in anima. vnde totus passus est secundum animã et corpus vt totum hominẽ redimeret.

SEquit̃ septima pars. Vñ ⁊ memores i cui9 p̄ncipio dr̄ btẽ passionis. Et debet sacerdos manus extẽdere ad modũ crucis. ⁊ sequitur necnõ ab iferis resurrectionis. ⁊ tũc dz illas parũ erigere in signũ q xp̄s inuictus leo resurregit a mortuis. Seq̃tur tertiũ. sz ⁊ i celis gl̃iose ascẽsionis. ⁊ dz tũc illas erigere i signũ q deus ⁊ hõ ascẽdit in celos ⁊ sedet ad dexterã dei p̄ris. i. ad eq̃litatẽ. Seq̃tur hostiã sctãz. hostiã purã. hostiã inmaculatã. panẽ sctũz vite eterne: ⁊ calicẽ salutis ppetue. Dicit̃ aũt xp̄s hostia pura q2 cõcept9 ẽ sine pctõ. Dicit̃ aũt panis vite eterne q2 refectio ãgelorũ. Calix salutis ppetue: q2 xp̄s refectio ẽ vel affectio hoim. Potest aũt aliter exponi vt dicatur hostia pura. q2 xp̄s oblatus est vt nos liberaret de feditate originalis pcti. Hostia sctã. q2 vulneratus est vt pficeret sacramẽta quib9 sctificatur ecclia. Hostia imaculata. q2 mortu9 est vt nos liberaret a morte etẽrna. Panis vite eterne. q2 est nostrũ viaticũ q̃si via. Calix salutis ppetue. q2 est refectio iebriãs patriã. Fiũt aũt q̃nq3 cruces sup hostiã. tres prime debẽt sup vtrãq3 speciẽ fieri. q̃rta sup speciẽ panis quita sup speciẽ vini. Quiq3 aũt fiũt cruces in summa: q2

quas fuerũt effusiones sãguinis xp̃i. Prima fuit ĩ circũci-
sione. Lu. ij. scđa in sudore. Lu. xij. tertia in flagellatiõe.
quarta in crucifixione. quinta in lateris lanceatione.

SEquitur octaua pars. s. Supraq̃ ppitio. zc. Et sunt
in ista parte due clausule. In pma sũt duo notabilia
q2 ibi noĩantur tres ptes veter3 testamẽti. s. abel. abrahã.
melchisedech. ĩ qb9 sacramẽtũ altar3 pfiguratur. In scđa
clausula dr̃ p man9 ãngeli ĩ sublime altare tuũ ĩ cõspectu
diuine maiestat3 tue. Et exponit̃ vbũ istđ tripliciter. Pri
mo sic. O ps iube hoc. i. panẽ trãsmutari in sublime alta-
re tuũ. i. in corpus z sanguinẽ filij tui. q2 corpus dictu3 est
altare scđm illud. Altare de terra facietis mihi. Sequitur
p man9 ãgeli tui. i. p opationẽ filij q̃ dict9 ẽ angelus Esa.
Magni cõsilij ãgelus scđm lr̃am. Scđa expositio est ta-
lis. iube hoc. i. corpus xp̃i mysticũ. i. p ecclia3 militãtẽ pfe-
rri z associari in sublime altare. i. in ecclesiã triũphãtẽ q̃
dicitur secũdũ illud. Leuiti. ignis in altari meo semp ar-
debit feruore charitatis in ecclesia triumphãte z hoc per
man9 angeli tui. i. p opationẽ z virtutẽ filij tui. Tertia ex
positio est talis. O tu deus hec vota z orões iube pferri.
i. presentari in sublime altare tuũ. i. in pñtia curie celestis
z in cõspectu diuine maiestatis tue z p manus angeli tui.
angeli eñi vota nr̃a offerunt deo vñ. Thobie. xij. dicit ra
phael ad thobiã. Cũ orares obtuli orõnem tuã dño. In
fine autẽ dicitur. Corpus z sangui3. Et fit vna crux super
corpus z alia super sanguinẽ. Prima signat martyrium
xp̃i. Secũda signat martyrium sanctorum.

SEquitur nona pars. s. Memento in qua oratur p
defunctis: z in codẽ ordine orandũ est in hoc meme-
to sicut in alio. In hoc oratur pro defunctis: in alio prouo
uis. Sed notandum q2 triplex est locus refrigerij lucis z
pacis. locus enim paradisi dicitur locus refrigerij prop-
ter ardore3 ignis inferni z purgatorij. Unde psalm9. lxv.
Trãsiuimus per ignẽ z aquam. Dicitur locus lucis con

tra tenebras inferni. de quibus Matthei. xx. Mittite eũ in tenebras exteriores. Locus pacis dr̃ ꝓpter tranquilli tatẽ mentis: q̃ est ibi cõtra vermẽ conscientie corũ qui nõ erũt. vnde Esaie. lxvj. dr̃ vermis corũ nõ morietur ⁊ ignis eorum non extinguetur. Sed quia hic fit mentio de penis oportet vt prius aliquid dicamus de peccatis. Primo q̃ dicantur peccata venialia: ⁊ que mortalia. Secũdo quid sit peccatum mortale. Tertio cuius ponderis sit peccatuꝫ mortale. Quarto dicemus de remedio peccati mortalis. Quinto dicemus in qua ciuitate habitabunt decedentes in peccato mortali: ⁊ in qua decedentes in statu grẽ. Quã tum ad primum pro exordio nostre expositionis sciendũ ꝙ Aristoteles ethicorum. vij. capitulo. vj. quasi in fine di cit. milies enim plura mala põt facere homo malus q̃ꝫ be stia mala. Sed pro declaratione materie presentis dabit quedã regula generalis ad cognoscenduꝫ peccata morta lia ⁊ venialia: que talis erit. Peccatorũ alia cõmittũtur citra rationem alia vero vltra rationem. Peccata que cõ mittuntur citra rationem: oĩa venialia. i. digna venia. qđ accidit qñ sensualitas est subiecta rationi ⁊ sic durante ta li dominio etiam si insurgat sẽsualitas vel appetitus dici tur homo. hõ ethi. j. Et sic reperiuntur q̃ꝫ plurima remedia pro peccatis venialibus. s. tunsio pectoris. oratio domini ca. aqua benedicta. confessio generalis. benedictio episco palis. auditio misse ⁊ alia huiusmodi. Si peccata commit tamur vltra rationem. i. in tantum ꝙ ratio sit subiecta sen sualitati vel appetitui: omnia erũt peccata mortalia ⁊ tũc cõmittẽs tale peccatũ nõ dicitur hõ interior vt dicebat ꝓ pheta in p̃s. xlviij. Homo cum in honore esset non intelle xit: cõparatus est iumentis insipientibus: ⁊ similis factus est illis. Et dicuntur peccata mortalia q2 sunt digna morte eterna. Contra q̃ opatur cordis cõtritio: oris confessio: ⁊ operis satisfatio: de quibus deo dãte aliq̃d dicetur suo loco. Pro quo sciendũ ꝙ in pctõ mortali cõsiderantur septẽ vel

octo.s.actus pcti.culpa.offensa.macula. reatus.tenebra. pena.ꝛ ꝑuitas ad malū.ꝛ oīa ista ponunť ī quolibet pec cato mortali:ꝑserti pctō cōmissionꝫ. De pͥmo patet sicut in occidere ꝛ fornicari:quibꝰ est actus positiuꝰ.s.vulnera re hominem:ꝛ tangere feminā carnaliter. qui actus abso lute in se non sunt boni nec mali: sed efficiuntur boni vel mali per circunstātias. Et quia dicitur hic actus in se nec sunt boni nec mali. Pro quo nota ꝙ bonitas vel malicia est in actu humano. Actus humanus est qui principiať ab intellectu ꝛ appetitu secundum pħm Ethicorum. vj. vbi dicit ꝙ tria sunt dominatiua actus:ꝛ ita ergo in actu interiori est bonitas vel malicia:quia actꝰ exterior sine in teriori actu quātuncumqꝫ nociuus sit nec bonus nec ma lus est.sic Ambrosius. Affectus tuus operi tuo nomē im ponit. Sic ꝛ Augustinus: ꝛ omnes sancti doctores di cunt peccatum ideo peccatum quia voluntarium: quo niam si non voluntarium non est peccatum.sic episcopꝰ abulensis.exo.xx.super particulam memento vt diem sab bati sanctifices. Et sic ad Gal.j.dicitur. Caro concupi scit aduersus spm̄. A principio igitur in hoīe postq̄ꝫ pͥmi parētes errarūt ē pugna in hoīe ꝓpter passiōes appetitꝰ sensitiui repugnātes intellectui. Ūn si ꝟtus itellectiua pre dominať ꝛ obtinet ī regulādo appetitū sensitiuū qui mo tus ꝛ victoria est naturalis vt inquit Phus.ij.de anima. tractatu de motu ꝛ mouēte: et est queadmodum si spera superior mouet inferiorem:tūc homo habet in se pacem ꝛ virtutem. Et si ꝑ cōtrariū fieret.s.ꝙ.appetitus vel sensua litas superaret intellectum ꝛ ratione:q̄ motus esset contra naturā:ꝛ esset homo in se ipso dissonꝰ ꝛ in guerra ꝛ male compositus atqꝫ vitiosus. sic ista probantur in capi.j.de sacra vnctione vbi dr̄ cuiꝰ pars superior ratio est iferior sensualitas. Et Prosper ostendit de vita contemplatiua dum dicit.domineť viuens ratio:subijciať corpus anime

et animus deo. sic iplicita est hominis pfectio sic de peni. di. ij. in capi. corpus nostrũ. ⁊ di. iij. in capi. in salicibus. Et sic virtutes ⁊ vicia faciũt distintiones in hominibus. Et qui faciũt opera dei sunt filij dei. Et qui faciũt opera diaboli sunt filij diaboli. sic. Jo. viij. eius fili⁹ appellaris cuius opera facis. Secũdum qd̃ est in peccato est culpa. Et est culpa quedã priuatio debite rectitudinis in actu. s. ad hoc qd̃ aliquis actus esset bonus moraliter debet habere circũstantias bonas regulantes eũ: quibus si careat erit malus. Tertiũ in pctõ est offensa. nam qñ quis peccat recedit a deo contemnẽdo eum et legem suam: ⁊ adherendo cuidã bono creato quod homo preponit deo: et in hac adhesione deus offenditur. s. q᷑ propter aliquam rem minorem se contemnatur. Quartuꝫ est macula. de isto peccato loq̃tur magister sentẽ. iiij. di. xiiij. ca. j. vbi dicit q᷑ ante penitudinẽ cordis ptõr habet maculã ⁊ fetorẽ peccati: et ista est deformitas quedã in aĩa nr̃a vel immunditia large dicta: ⁊ est in aĩa secũdũ qd̃ in aĩa est imago dei. Et est macula vel deformitas pulchritudinis prius habite et nunc debite inesse sicut in corpore humano qd̃ adornatur vestibus circũdantib⁹ illud: q̃bus si homo careat est deformis ⁊ male apparẽs. ⁊ nõ est illa deformitas nisi carẽtia vestium vel ornat⁹ necessarij: ita ẽ in aĩa nr̃a: nã in ipa ẽ imago dei naturaliter ⁊ pulchritudo sua extrinseca est gratia vel charitas: quã cum habet pulchra videt̃: sicut hõ vestit⁹. Si aũt caruerit illa: erit deformis sicut hõ nud⁹: ⁊ hoc est in quolibet pctõ mortali: qꝛ p quodlibet tollit̃ tota charitas et gr̃a dei. sic mgr̃ sentẽ. libro pmo ⁊ q̃rto. ⁊ in plurib⁹ alijs locis eiusdẽ libri. Vel põt macula accipi pro quadã immũdicia figurate sumpta. nã sicut quis tãgit aliquam rem immũdã polluit̃ actualiter: ⁊ postq̃ꝫ cessauerit actualiter tãgere ⁊ cessat actualiter pollui: manet tamẽ semper pollutus vsq̃quo lauet̃. ita q̃ndo quis auertẽs voluntatẽ suã a deo: applicat se alicui rei create: qua vult frui: dr̃ pol.

lui actualiter volũtas per actualẽ cõuersionẽ ⁊ adhesionẽ ad illã rem. Et cessante illo actu cessat ista volũtas actualiter polluit: manet tamẽ polluta quousqꝫ p penitentiã abstergat̃ illa ĩmũdicia relicta. Sicut enĩ q̃ tãgit morticiniũ vel aliq̃d inmundũ: ita pollutus est post actũ vsq̃ quo lauet̃: sicut fuit dum tãgeret. ita post actũ peccati polluta remanet aĩa sicut fuit i ipo pcĩ actu: qꝛ ita ẽ longe a deo per similatudinẽ qui ẽ vita ⁊ mũditia mẽtꝫ sicut fuit dũ pctm̃ ageret: ipsa etiam dissimilitudo in aĩa est elongatio a deo quod est valde notandũ ⁊ timendũ qualiter elongatio fit a deo q̃ dicit̃ macula a qua purgatur in penitentia. Quintum in pctõ est tenebra: ⁊ hoc assignat mgr̃ sentẽtiarũ. di. xiiij. Sed queritur. que sit illa macula ⁊ q̃ sunt ille tenebre exteriores a quibus deus animam purgat. respondet magister dicẽs de tenebris ⁊ interiori caligine: satis facile est respondere: cum enim quis mortaliter delinquit ⁊ gratia virtutis priuatur si qua precessit ⁊ naturalium bonorum patitur lesionem: vnde intellectus obtunditur: ⁊ totus homo interior obtenebratur: ⁊ ita quadaȝ caligine mens obnoluitur: que caligo peccati pena est. sed sanct⁹ Tho. dicit maculam ⁊ tenebras in peccato idẽ esse: sed macula vocatur inquantum ẽ priuatio gratie vel decoris. Tenebra aũt inquãtum est obstaculũ quoddã vt interpositũ ipius pctm̃ ad non recipiẽdũ grãm ⁊ dei claritatẽ. sextũ est reatus ⁊ idem est qd̃ obligatio: qꝛ reatus a reo dr̃. ⁊ ista est in quolibet peccato siue originali siue actuali siue mortali siue veniali: ⁊ insurgit ex lege dei. nã sicut in legibus humanis cauetur quod occidẽs hominẽ aut vulnerans tali pena plectatur. si quis aũt cõtra illã legẽ fecerit: illico ẽ obligatus ad tolerãdam illã penã legis: ⁊ ista obligatio non insurgit nisi ex lege cui dedit vires legislator: ita in diuinis est qd̃ si quis peccauerit mortaliter: qd̃ puniat̃ in inferno. Statuit̃ ergo qd̃ si quis peccauerit: isurget ei ista obligatio sez vt puniat̃ ineternũ. similis modus loquendi ẽ generalis.

iij.s.quacūq3 hora comederis: morte morieris.i.obligaue
ris ad moriendum.de isto reatu dicit Tho.quod sit obli-
gatio ad penam.et dicit qd sicut in pctō mortali sunt duo.
s.auersio et conuersio: ita est duplex reatus. nam ex parte
auersionis incurritur reatus pene eterne: ex parte conuer
sionis ad creaturam manet reatus ad penam temporalē.
sic Tho.iiij.sententiarum.disti.xiiij.q.iij.ar.ij.et.iij. parte
sume.questione.xlvj.argumento.iiij.et prima secūde.ques-
stione.xlvij.per totuz.Septimuz in peccato dicitur pena
que pro peccato debetur: et ad hāc est reatus siue obliga-
tio ad penam directe eternaz.Et alia est temporalis.i. ad
penam temporalem siue que debetur ex commissione siue
que manet ablato reatu mortis eterne per cōtritionem et
gratiā.Octauum est in peccato pronitas ad malū: et ista
insurgit naturaliter ex peccato.sic genī.viij.oēs enī sensus
et hominis cogitatio magis proni sunt in malū quā in bo
nuz.Nā teste aristotele ethico.ij.vbi dicit.Generationes
et corruptiones habituuz fiunt ex eisdē.i. ex similibus.s.ex
hoc qd est iustū facere: efficitur quis iustus: ideo oīs actus
naturaliter est generatiuus alicuius habitus talis qualis
ipse est. Et quia nō potest interdū ex quolibet actu gigni
habitus: cū sit habit⁹ qualitas quedā recepta in subiecto
et difficulter mobilis: gignitur saltim dispositio ad habi-
tum ex actu: ideo distiguit Aristoteles in pma specie qua
litas habitum et dispositionē. Cum ergo quodlibet pec-
catum actuale sit actus malus: sequitur naturaliter ex eo
pronitas ad maluz: que est habitus vel dispositio. de hoc
setūs Tho.iij.sentētiarū.di.xxxiiij.arti.j. in corpore qstio
nis et in multis locis.Sed q pro quocumq3 peccato mor
tali debeatur pena eterna vt dictū est hoc tenet Tho.iiij.
sententiarum.di.xlvj.ad tertium primo responso: pro quo
facit dictum aristo.ethico.v.vbi dicit q tanta est iniuria
quāta est illa persona cōtra quaz cōmittitur iniuria.Sed
deus est infinitus: igit pro quocūq3 peccato mortali debe

tur pena eterna. Et sciēdū ꝙ peccata mortalia quādoqꝫ adimplentur in volūtate ⁊ actu ad extra: ⁊ quandoqꝫ in voluntate tantum, sic redemptor noster. Si quis viderit quā ad cōcupiscēdam eam: iā mechatus est in corde suo. Mat. vj. Et sic dicit augu. ⁊ omnes doctores ꝙ peccatū ideo peccatum qꝛ voluntariū: quia si nō esset voluntariū nō esset peccatū. Et sic notandū ꝙ sicut oīa accidētia fundantur in subiecto: ita omnia peccata mortalia fundantur et subiectātur in voluntate. Sed tristādum est propterea ꝙ si aliqͥs tangat̄ in aliqua pte sui corpis: immediate sentit lesionē ⁊ recipit tristiciā. ꝓ quo dicebat aristo. vr̄ mihi corp⁹ ⁊ animā compati adinuicē. qͥ ⁊ si repiat̄ in infinitis peccatꝫ mortalib⁹: nō sentit. ꝓ quo dicebat aristo. in li. rethoricorum. vñ nobis tāta mala euenerūt eo ꝙ nō sentiēda sentim⁹: ⁊ sentiēda nō sentimus. ꝓ quo nota ꝙ sicut mulieres cōtraxerūt si cōmisceant̄ cū viris extraneis fornicantur ⁊ dicunt̄ adultere: sic aīe si cōmisceant̄ cū diabolo dicuntur adultere ratione pcti mortalꝫ: qm̄ sicut mulieres adulterātes possunt puniri vltimo supplicio si accusent̄ a viris suis ꝓbato delicto vt in. l. gracc⁹. C. de adulterijs: ita erit de hominibus in peccato mortali decedētibus.

Pro quo nota ꝙ aliquis posset arguere probando ꝙ existens in peccato mortali est nihil vel minus qꝫ nihil. et sic. Qui facit peccatū seruus est peccati. Joā. viij. Sed seruus nō est maior dn̄o. Joā. xiij. ergo qͥ facit pctm̄ nō est maior pctō. sed scd̄m beatū Augu. pctm̄ ē nihil. vn̄ Joā. primo. oīa p ipm̄ facta sunt: ⁊ sine ipō factū ē nihil. glo. i. peccatum. ergo faciēs pctm̄ facit seipm̄ parem nihil vel minorem. sic dr̄. Job. xxx. In nihilo redact⁹ sum: ⁊ velut vmbra sal⁹ mea. Pro quo ē dolēdū ⁊ tristādū ꝙ multi multa sciūt: ⁊ seipos nesciūt ⁊ sic multū facit qui seipm̄ cognoscit vt ait Aristote. ethico. j. cap. iij. vbi dicit. quisqꝫ bene iudicat que cognoscit: eorū qꝫ bonus iudex est. Quā tū ad secūdū dicēdū ꝙ pctm̄ mortale est volūtas faciēdi

vel operādi id q̄d lex vetat. vel aliter. peccatū mortale est dictū: factū vel cōcupitū contra legē dei. hec Aug. Amb. dicit q̄ pctm̄ mortale ē p̄uaricatio q̄dā ⁊ inobediētia celestiū preceptoꝝ. Quātū ad quartū dicēdū q̄ aliq̄s nō inmerito posset dubitare non obstantibus supradictis diffinitionibus dicendo. Ego vellem scire cuius longitudinis vel latitudinis vel profunditatis sit peccatū mortale: qm̄ si video aliquē hominem magnū in corpore: dico magnꝰ est homo iste: et si videā paruum hominē: dico paruus hō est iste. Dicēdum q̄ peccatū non habet latū: nec longum: nec profundū: cū nō sit corpus: tamē per te poteris cognoscere cuius pōderis sit. Pro cuius cognitione cōsidera in mente tua quādā staterā: ⁊ in vna parte illiꝰ statere pone oēs res sensibiles ⁊ corporales vt terrā. plūbum. aurū. ⁊ alia huiusmodi. ⁊ in altera parte illius statere pone vnicū peccatū mortale maioris ponderis erit vnicum peccatum mortale q̄ȝ cetere res sensibiles: ⁊ sic nō immerito decedentes in peccato mortali immediate descēdūt ad īfernū: ⁊ sic phi. iij. de. est rei pōderose appetere cētrum: ⁊ rei leuis appetere sursū. Et sic est notādū quomodo vnū pctm̄ mortale plus pōderat q̄ȝ omnia pōdera de mūdo. sic cāti. v. talē tum plūbi portabatur: et ecce mulier vna sedens in medio amphore descendit: hec est īpietas. Cū igit̄ res pōderosa potius habet descēdere q̄ȝ ascēdere: tūc descendebāt pctōres ad īfernū. Et talis fuit allegatio diaboli. s. oēs peccatores debebant ad infernū descendere sed nil profuit illi: qm̄ dn̄s noster iesus christus in alia lāce seip̄m quodāmodo posuit qui in tantum ponderauit q̄ pars in qua erat in infernū descendit: pars vero in qua erat homo tantum erexit q̄ in celū ascēdit. ⁊ sic xp̄s statera facta corporis predā q̄ȝ tulit tartaris. ⁊c. De statera cantat ecclesia. statera facta corporis predamq̄ȝ tulit tartaris. licet pro p̄senti nō faciat ad nr̄m propositū: sed pro redēptione sanctoꝝ patrū existētiū in libo ⁊ sic posuit se xp̄s ꝓ coꝝ redēptione in al-

tera parte flatere: et sic altera pars descendit: altera ascen-
dit volo dicere quod spoliauit infernum de quo deo duce aliquid
immediate dicetur. Sed propter peccatorum mortalium ponderositatem ne
mini catholico sani intellectus est dubium quod si aliquis post deum
totum orbem possideret et ipsum orbem in pias causas diuideret:
et tamen vnicum solum peccatum mortale committeret de quo sciens no-
let penitentiam agere: quod et si sic sine penitentia decederet quod absit
ab omni creatura humana immediate descenderet ad infernum: quod est
timendum et horrendum: et sic in hac carne mortali hoc est reparan
dum. Sic paulus. Dum tempus habemus operemur bonum. quamdiu
in hac carne mortali vt dictum est nuper possumus mereri
vel demereri. mereri si recte operemur: demereri si non re-
cte operemur. Sed post hanc vitam non est locus merendi
nec demerendi: sed adimplebitur illud propheticum in psalmo
lxi. vbi dicebat propheta. tu reddes vnicuique iuxta opera
sua. de ista materia loquitur tho. iij. parte. q. lxxi. quasi per totum.
Et illud athanasii facit vbi dicit. qui bona egerunt ibunt
in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum. et illud apocali.
opera enim illorum sequuntur illos. Sed pro ista materia etiam
facit thomas in quarto sen. di. xlv. ad primum. secundo. Rx. et
tangit questionem precedentem et subsequentem cuius verba sunt.
quod sicut in corporalibus est grauitas vel leuitas quibus feruntur
ad suum locum qui est finis motuum ipsorum: ita est in animabus
meritum vel demeritum quibus perueniunt anime ad premium vel pe-
nam que sunt fines actionum ipsarum. vnde sicut corpus per grauita
tem vel leuitatem statim fertur in locum suum nisi prohibeatur: ita anime
soluto vinculo carnis per quod in statu vie detinebantur sta-
tim premium consequuntur vel penam nisi aliquid impediat: sicut in-
terdum impedit consecutionem premij veniale peccatum quod prius
purgari oportet: ex quo sequitur quod premium differatur. Et quia lo
cus deputatur animabus secundum congruentiam premij vel pene: statim
vt anima a corpore absoluitur: vel in infernum demergitur vel
ad celum euolat nisi impediatur aliquo reatu quo opor-
tuit euolationem differri vt prius anima purgetur. Ex huic

veritati autoritates scripture canonice manifeste attestan-
tur ⁊ documenta sanctorum patrum. vnde cōtrariuȝ pro
heresi est habendum vt patet in.iiij.dialogo.⁊ in libro de
ecclesiasticis dogmatibus. Quantum ad quartum de re-
medio pro peccato mortali: dicendū quod ille tres parti-
cule.s.cordis cōtritio: oris confessio: ⁊ operis satisfactio sūt
medicine quedā ꝓ quocūqꝫ peccato mortali si oēs cōcur-
rant.s. in actu tpe sanitatꝫ si adsit facultas sin aūt ꝓposi-
tū cōfitēdi: qm̄ tpe necessitatis.s. mortis articulo ⁊ si non
possit haberi copia sacerdotis: sola cōtritio saluat animā.
Sed ꝓ declaratione coꝝ q̄ dicta sunt erit dāda diffinitio
vniuscuiusqꝫ particule. Et p̄mo de cōtritione: q̄ est quidā
dolor volūtarie sumpt⁹ cum ꝓposito cōfitēdi ⁊ satisfaciē-
di. Cōfessio est manifestatio pctōꝝ spe venie aperta. Et
satisfactio est honorē deo debitū impēdere ⁊c̄. Uel aliter
satisfatio est reparatio in p̄stinū statū. sic in ca. pisanis ac
luchanis de resti. spo. sic Boetius in li. predicamentoruȝ.
prius extirpanda sunt vitia q̄ȝ inserātur virtutes. ꝓ quo
notandum q̄ in foro dei vel foro interiori vel penitētie qd̄
idē est: potest iudex īfligere quācūqꝫ penaȝ voluerit iuxta
arbitriū. pro quo nota qm̄ nō est sub silētio pretereundū
quomodo penitentie sunt arbitrarie: omnes nanqꝫ arbi-
trarie sunt vt in ca. Deus qui de pe.⁊ re. hoc autem est ve-
rū quantū ad id qd̄ imponitur nomine pene: secus autem
quantum ad id qd̄ venit nomine satisfationis: qd̄ non est
pena. nam in illo non pōt confessor taxare vel moderari:
sed quantum incūbit satisfatiendū ex natura damni dati
vel iniurie illate tantum satisfatiendū est. ⁊ sic vide ca. ē in
iusta. xxij. q. iiij. vbi dicitur. quod facilitas venie prebet in-
centiuum delinquēdi. Hoc autem dixisse placet propter
quosdam simplices confessores: qui cū audiant ecclesiam
constituisse omnes penitētias arbitrarias: putāt quod de
omni eo quod in confessione venit possunt ipi arbitrari.
et ideo si quis cōfiteatur qd̄ furatus fuerit mille vel quod

intulit alicui in dãnum centum: iubent confitẽti qd̾ det aliquã paruam elemosinam vel quod faciat dicere aliquas missas ⁊ totũ residuũ remittũt: decipiunt tamen isti seipsos: ⁊ decipiũt confitẽtes: quia ecclesia dedit eis potestatẽ arbitrãdi super eo quod est debitum deo: nõ autem super eo qd̾ est debitũ proximo q: alias sacramentũ penitentie erat medium ad perpetrãduz grauissima furta: ⁊ per istũ modum turbarentur omnia: ⁊ destruerentur respu. si confessor posset peccatorem absoluere ab eo quod mihi debitum est: ⁊ sic nulla esset maior iniquitas quã sacramẽtum penitẽtie. Est ergo aduertendum ꝙ si quis furatur alteri mille: vel infert ei damnuz in cẽtuz: est hic duplex offensa. vna que fit deo: cuius cõtra legem iste fecit furãdo: ⁊ pro ista pena certa que deo debetur: potest confessor moderari ad arbitrium suum: sed alia offensa fit ei cui ablata sunt vel mille furta: aut cui damnum irrogatũ est. ⁊ circa istaz nihil potest sacerdos taxare vel moderari: sed cogitur iubere illi ꝙ reddat tantum quantũ damnum intulit: ⁊ non solũ quãtũ valet res furto sublata sed etiã damna et expẽsas si talis erat res cui⁹ tempore intermedio damna afferret domino cuius erat. quod est notãduz propter multos sacerdotes ⁊ religiosos imperitos et ignaros audiẽtes cõfessiones qui imperite ⁊ indiscrete se habẽt cũ sua bona cõsciẽtia ⁊ cõsciẽtia penitẽtium qui cũ sua tenebra ⁊ ignorãtia cadunt in illũ canonẽ math. xv. si cecus cecũ ducit: ambo in foueam cadunt vel sub alijs verbis. Si cecus ducatũ prestet ceco: ambo in foueã dilabunt̾. sic in capitu. cũ sit ars artiũ regimẽ animarum. de eta. ⁊ quali. or. Sed ꝑdictis et dicendis est sciendum ꝙ sacerdotum alij possunt cõparari soli: lune: diei: facule: vel cãdele. q: sicut est solis: lune: diei: facule: vel cãdele lucere: ita ẽ hoĩz peritoruz ⁊ sacerdotũ sapiẽtũ lucere. Sed alij sacerdotes insipientes ⁊ aduocati sive iudices imperiti possunt cõparari nocti vel obscuritati, qm̃ sicut mediante tenebra ⁊ obscuritate ho-

imnes qui qz caduut:ita mediātibus cōfessoribus ignaris & insipiētibus quandoqz penitentes forte cōdēnabunt.pro quo facit auctoritas sapientis.sapiē.vj.vbi dicitur.Ubi multitudo sapiētum:ibi sanitas orbis terrarū.igit quid rite contra? pro quo vide capitulū multi supra positum. di.xl.& sic tales sacerdotes siue religiosi male iudicando in audiēdo cōfessiones forte faciūt litem suā:quoniam oīa iura proclamant.Iudex q̄ male iudicat:facit litem suaz.Et sic xp̄s redēptor nr̄ fleuit ignorātiā q̄ est mater cunctorum errorū in suscitatione Lazari.Jo.xj.Ista etiā habēt mathe.iiij.sup particulam penitētiam agite.& est glo.hu.epi abulen.Sed nota qz septē sunt q̄ impediūt penitētiā agere.s.ignorātia:timor:mala societas:fiducia viuendi:sanctitas carnis:amor carnalis:larga dei mia.Et sciendum qz penitētia a diuersis doctorib⁹ diuersimode diffinitur.Or Augu.dicit.qz penitentia est peccata preterita plāgere & plangēda iterum nō cōmittere.Ambro.vero dicit.Uera pnīa est cessare a peccato.Sed qui voluerit latius de ista materia videre:videat magistrū sen.i.iiij.di.xv.& ibi tho. Sed nota pro illis q̄ refugiūt cōfiteri:qm̄ sunt pōderāda & multum memorie cōmendāda eo qz cōtra tales insurget xp̄s in iudicio vniuersali:& propria consciētia:& diabolus & pctūi suū:& totus mūd⁹.sic propheta in ps.xxxj.vbi dicit.Beati quorum remisse sunt iniq̄tates:& quorum tecta sunt pctā.per qd̄ datur intelligi.qz vere penitētib⁹ in die iudicij erunt peccata occulta.Sed nolētibus penitere vel qui noluerūt penitere in hac carne mortali:sibi ip̄is & oībus circūstātibus erūt taliū peccata visa & manifesta.qd̄ est notandū & timendū & per cōsequēs fugiēdū.Et sic est notandū.qz oēs xp̄ifideles tenentur confiteri ter in anno. s.in pascha natali dn̄i:& i pascha resurrectionis:& i pascha sp̄us sancti:saltem semel in anno secūdū Fabianū papā & Innocētium tertiū.sic in capi.oīs vtriusqz sexus de.pe. & re.Et mgr̄ sen.in.iiij.di.xiij.finalib⁹ verbis.Et ibi tho.

⁊ verba magistri sunt. Si nō frequēti⁹: saltē ter in anno homines cōmunicēt: nisi forte q̄s criminalibus īpediat: in pascha. s. ⁊ ī pēthecoste ⁊ natali. oēs ergo cōmunicēt: q̄ no luerint ecclesiasticis carere liminib⁹ glo. i. ecclesiasticis sepulturis. Sic etiam in tertia parte. q. lxxx. ad. x. Sed pro materia ista sciendum q̄ sicut in quocumq̄ peccato mortali ad minus cō currūt tres generationes scilicet cogitatio mali: ⁊ locutio: ⁊ operis execu̇tio: ita fuit licitū etiam q̄ cōtra peccatū quodcunq̄ mortale triplex esset remedium. s. contritio: cōfessio: ⁊ operis satisfactio. ⁊ hoc pro tāto: quia cōtraria cōtrariis curātur. sic in ca. oīs enim res. ext. de regu. iu. Et sic cōtra cogitationē in malū insurgit illa auctoritas. Scīdite corda vestra ⁊ nō vestimēta vestra. Joe. ij. Cōtra malā locutionē orit̄ illa auctoritas. Confitemini alterutrū pctā vr̄a. Jaco. v. Contra opis executionē orit̄ illa autoritas. Lu. iij. Facite dignos fructus pñie. Pro quo est notandū illud q̄d dr̄ math. ix. ⁊ Ezc. xviij. vbi dr̄. Quacūq̄ hora pctōr gemuerit peccata sua: ego deus exaudiā eū. Et illō q̄d dr̄ math. iiij. sup illa particula facite dignos fruct⁹ pñie q̄. s. fit in charitate. moraliter loq̄ndo: arbor ē ipa pñia. Radix: cordis cōtritio. Rami: bōa opa. Folia: cōfessio integra. Fructus: satisfactionis pena. Ille ergo facit pñiam sed nō dign⁹ fructus: q̄ dolet tātū de cōmissis. Ille vero agit pñiā q̄ dolore cordis tantū affligitur per penam: quātum deliquit per culpā secundū illud apoc. xviij. quātum se glorificauit in delitijs suis: tātum illi date tormentum. Et vltimo notandū quod flores quos producit arbor denotant famam bone opinionis. Et est fama illesē dignitatis status: vita ⁊ moribus comprobatus. sic in glo. illius capi. vestra. de coha. de. ⁊ mu. sup particula. notoriū. Et sic iustum ⁊ honestū esset predicatoribus supradicta ⁊ similia: in quib⁹ homines quotidie cadimus pdicare ⁊ alia alta ⁊ subtilia ⁊ curiosa dimittere: vt ponēdo exēplū predicādo de trinitate quandoq̄ in ouo ⁊

quandoq; in farina: et quandoq; in sole. et sic de aliis exẽ-
plis huiusmodi. Et ista placuit dicere propter illa que di-
cit sanctus Thomas. iiij. distinctio. xj. ad quartum in solu-
tione quarte. q. Cuius verba sunt. Credo autem qđ om-
nia q̃ sunt sup naturalẽ cognitionẽ angelorum: sunt supra
naturalẽ rationem hominum. et ideo mysteria fidei dicunt
ẽẽ abscõdita a seculis in deo vt dicitur ephe. iij. Vñ natu-
rali cognitione nõ vidẽt angeli corp9 xp̃i sub sacramẽto:
sed solũ beata. Demones vero nullo modo. sic etiam tho.
in. iij. parte. q. xliij. ad p̄mũ in corpore. igit q: dictum est de
predicatorib9 aliquis posset dubitare q̃re tot boni p̄dica-
tores et viri famosi scientia illuminati tam paucos conuer-
tant. Dicẽdũ est qđ illa est potissima ratio. q: sicut ipi di-
cunt. docent et non faciunt: sic auditores audiunt et atten-
dunt et nõ credunt. sic de pe. di. ij. §. O ponitur. s. illud qđ
oĩs clamat auctoritas si sic permansisset vt creat ante pec-
catum: esset translatus in gloriã quã habituri sunt sancti:
sed nemo adultus sine charitate intrat illam. Non sic fecit
xp̃s. actuum. j. vbi dr̃. Cepit Jesus facere et docere. Quã-
tũ ad quintũ p ampliori declaratione d ciui. j. loq̃t Aristo.
de ca in. iij. de republi. in principio vbi dicit. Quid ẽ ciui-
tas et qui sunt ciues q̃ debent gaudere p̄uilegiis ciuitatis.
de qua Augustinus loquit ad plenum in li. de ciuita. dei.
in quo in plurib9 locis docet quõ sunt due ciuitates. s. alia
dei: et alia demonis. et tho. loq̃tur de istis ciuitatib9 in. iiij.
sentẽtiarũ. di. xlvj. ad tertiũ in corpore. Et eodẽ li. di. xlvij.
tertio. R. vbi dicit. Quia q̃ ad calidum vstiuum etiã quã-
tum ad id q in igne grossium reperitur descẽdit ad inferos
ad penã dãnatorũ: qđ vero est subtile et lucidũ remanebit
superius ad gloriã electorũ. Et dicit in lr̃a illud propheti-
cum in ps. lxv. Trãsiuim9 per ignẽ et aquã. s. de nimio ca-
lore ad niuẽ et ecõ.

Pro quo nota qđ dr̃ mat. xxij. mittite eũ in tenebras
exteriores. de hac materia tractat in additionib9. iiij.

par.q.xcvij.ad quartū vbi dicit gre.si ign: ille lucē hēret: in tenebras exteriores nequaq̄ diceret. ⁊ in corpe.q.dicit qd dispositio īferni erit talis qd vt marie miserie dānatorum competat. vñ scdm hoc fuit ibi lux et tenebre prout marime expetāt ad miseriam dānatorum. Ipsa autē visio scdm se delectabilis est vt dr in pncipio metha. Sēsus oculorz est marie delectabilis: eo q per ipz plura cognoscim⁹ sz per accidēs ↄtigit visionē esse afflictiuā i q̄ntū videm⁹ aliqua nobis nociua: vel nre volūtati repugnātia: ideo in inferno nō dz esse loc⁹ disposit⁹ ad videdū scdm lucē ⁊ tenebras: vt nihil pspicui videat: sed solūmō sub q̄dā vmbrositate videant ea q̄ afflictionē cordi igerere possūt. vñ simplr loqndo locus ē tenebrosus. Sz tamē ex diuina dispositiōe ē ibi aliqd luminis quātū sufficit ad videdūz illa q̄ aīam torquere possunt ⁊ hoc satisfaciat naturalis fitus loci q: in terre medio vbi infernus ponit: nō pōt eē ignis nisi feculēt⁹ ⁊ turbid⁹ ⁊ q̄si fumosus. Quidā eni tenebrarū harū causaz assignāt ex cōmassatione corporū dānatorum q̄ pre mltitudine ita replebūt locū īferni qd ibi nihil de aere remanebit. ⁊ sic non erit aliqd de diaphano quod possit esse subiectum lucis ⁊ tenebre nisi oculi dānatoruz: qui erūt obtenebrati ⁊ p hoc pz respōsio ad obiecta. Sz p igne īfernali nota ī additionib⁹ mlta valde singularia. q.xcvij.ad pmū in solutione primi argumēti: vbi dr quia ignis ē marime afflictiu⁹ propter hoc qd abūdat ī virtute actiua. ideo nomine ignis ois afflictio designatur ⁊ sic vehemēs. Sed de verme de quo Esaias.lxvj.loqtur ē dicendum qd post diē iudicij in mundo īnouato nō remanebit aliqd aīal vel aliqd corp⁹ mirtū: nisi corp⁹ hominis tantū: eo qd nō habeat aliquē ordinē ad corruptionem: nec post illud tempus erit futura generatio et corruptio. Unde vermis qui in damnatis ponitur non debet intelligi esse materialis sed spiritualis qui est conscientie remorsus: qui dicitur vermis inq̄tū oritur ex putredine pecca

ti:animam affligit sicut corporalis vermis ex putredine: ortus:affligit pungendo:sic in additionibus tho.q.xcvij. ad secundū. Sed vtrum ille ignis sit eiusdem speciei cum igne nostro quez videmus: Pro cuius declaratione vide librum supra allegatum.xcvij.q.ad sextū in corpore. Cuius verba sunt.dicendum ꝙ ignis propter hoc qḋ est maxime virtutis in agendo inter reliqua elementa: alia corpora pro materia habet vt dicitur.iij.metha. Unde ꝛ ignis dupliciter inuenitur.s.in materia propria:pro vt est in propria specie:vel in materia aliena sub terrestri:vt patet in carbone siue in aere:vt patet in flamma: quocūqꝫ aūt modo ignis inueniatur semper est idem in specie quantuꝫ ad naturam ignis pertinet:potest autem eē diuersitas in specie quantum ad corpora que sunt materia ignis:vnde flamma ꝛ carbo differunt specie. Et similiter lignū igneum ꝛ ferrum ignitū nec differunt quantū ad hoc siue igni ta sint per violentiam vt in ferro apparet: siue ex principio intrinseco naturali vt accidit in sulphure. ergo ignis inferni quantum ad hoc quod habet de natura ignis: sit eiusdem speciei cuꝫ igne qui apud nos est. manifestum est vtrum ille ignis sit in propria materia existens aut in aliena.in qua materia sit nobis ignotum est. Et secundū hoc potest ab igne qui apud nos est in specie differre materia liter consideratus.quasdam tamen proprietates differentes habet ab igne isto:vt ꝙ successione nō indiget nec ignis nutritur. Sed iste differētie nō ostēdunt diuersitatem in specie:quantum ad id quod pertinet ad naturaꝫ ignis. Ad septimum queritur vtrum ille ignis sit sub terra: Ad quod respondet Augusti.ꝛ dicit ꝛ habetur in littera. In qua parte mundi infernꝰ sit:nemo scit nisi cui domini spiritus reuelauit. vnde Gregorius in quarto dialogorū super hac qstione īterrogatꝰ respōdit. De hoc temere diffinire nihil audeo.nonnulli nanqꝫ in quadā terrarū parte infernū esse putauerūt. Alij vero hunc sub terra esse existi

mant. Et hanc opinionem probabiliorem ostendit dupliciter. vno modo ex ipsa nominis ratione sic dicens. Si idcirco infernũ dicim⁹ quia inferius iacet quod terra ad celum est: hoc inferius esse debet ad terram. Secũdo ex hoc quod dicitur apocalipsis. v. nemo poterat nec in celo: nec in terra: nec subtus terrã aperire librum. Hoc quod dicitur in celo referatur ad angelos. Hoc quod dicitur in terra: referatur ad homines viuentes in corpore. Hoc quod dicitur sub terra: referatur ad animas existẽtes in inferno. Augustinus etiam in libro. xij. super gene. ad literã duas rationes tangere videtur quare congruũ sit infernũ esse sub terra. Vna vt qm̃ defunctorum anime carnis amore peccauerãt: hoc eis exhibeatur quod ipsi carni mortue solet exhiberi vt. s. sub terra retrudat. Alia ratio est q sicut grauitas in corporibus: ita tristicia in spiritibus: ꝛ letitia sicut leuitas. Vnde sicut secundum corpus si ponderis sui ordinẽ teneat inferiora sunt omnia grauiora: ita secundũ spiritum iferiora sunt omnia terrestria. Et sicut conueniens locus gaudio dilectorum est celum empireum: ita conueniens locus tristicie damnatorum est infimum terre. nec mouere debet quod Augustinus ibidẽ dicit. q inferi sub terris esse dicitur vel creduntur: quia vt in libro retractationum hoc tractãs dicit. mihi videor docere debuisse magis q sub terris sunt inferi: quã rationem reddere cur sub terris esse dicuntur siue creduntur. Quidam tamen philosophi posuerunt q locus inferi erat sub orbe terrestri: tamen super terre superficiem ex parte opposita. Et hoc videtur ysidorus sensisse cũ dixit. q sol ꝛ luna in ordine quo creati sunt stabunt: ne impij in tormentis positi fruãtur luce eorum. que ratio nulla esset si infernus intra terram esse dicat. qualiter ꝛ hec verba possunt exponi patuit supra. Pictagoras vero posuit locũ penarum in spera ign: quã in medio totius orbis esse dixit vt patet per Aristotelẽ in secundo celi ꝛ mundi. Sed tamen cõuenientibus his que

in scriptura dicuntur: est vt sub terra esse credat. Sed pro dictis et dicendis est notandum quod dicit Franciscus de Mayrones: qui ait q̄ i inferno sunt quattuor mãsiones. Prima est inferior: q̄ est locus primus damnatorum. Secũda est limbus paruulorum nõ baptizatorum. Tertia est purgatio: que est electorum nõ tamẽ perfectorũ. Quarta est sinus Abrahe q̄ est patrum antiquorum. Primi sunt in culpa actuali: et in pena sensus et damni. Secundi sunt in culpa originali et in pena damni tantum. Tertij sunt in gratia et in pena. Quarti sunt in gratia et cõsolatione maxima: cum nullam enĩ penã sensus habeãt. Et dicit de locõ purgatorij q̄ beatus Gregorius in libro dialogorum narrat de quodã episcopo: qui apparuit ĩ quodã balneo qui prestabat obsequium: et hoc erat sibi purgatorium de anima eiusdem q̄ in glacie purgabatur. Et dicitur q̄ hoc potuit esse ex aliqua speciali causa ꝓ cõfirmãda fide nr̃a et de alia vita: vel q̄ ille anime subueniantur a fidelibus. Sed de communi lege locus purgatorij est sub terra. Sed notandum qd̄ dicitur in lr̃a paruulorum nõ baptizatorum. Et est sciẽdum q̄ paruuli decedẽtes sine baptismo sortiũtur grauissimã penam inter oẽs infernales penas: que est carere visione diuina: et sortiuntur mitissimã penam inter omnes penas et hoc pro tanto q̄ habent conformitatem cum volito diuino, sic ep̃s Abulensis. Et sic nota qd̄ diabolus est sicut falsitas in panno, nam sicut mercator de falso panno non ostendit emptori medium nec finem panni sed tantum caput: sic diabolus qui est mercator anime ostẽdit fatuo peccatori solum caput pãni: quod est notãdum idest delectationẽ peccati nõ mediũ. i. remorsum cõsciẽtie nec finẽ. i. penam gehenne. De hac materia dicitur Esai. xxiiij. erat sicut emens. etc. sic archi. in capitulo, non est. xv. q. j. super particula ere vẽditione. Et sic dicit propheta in ps. xlviij. homo cũ in honore esset nõ intellexit cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus et similis factus est illis. et q̄ dicit

homo cum in honore esset: glo. i. factus ad imaginē dei sic Nicola. ꝛ Augu. in dicto. ps. xlviij.

Sed si queras de istis ciuitatib⁹ quales sint, Et primo de diuina, de qua dicēdū ē illud qd̄ dicit̄ p Esai. capi. ix. ꝛ per aplm̄. j. cori. ij. q̄ dicunt de ciuitate diuina, ꝙ nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascēdit quāta bona preparauit deus diligentibus se. Et e contra e.t de ciuitate diabolica: de qua dicit̄. s. ꝙ nec ocul⁹ vidit nec auris audiuit nec in cor hōis ascendit quanta mala ꝑparauit deus nō amantib⁹ se. Sed ꝑ ampliori declaratione sciendū ꝙ ciuitas hominum est multitudo ciuiū. Pro quo est notādū ꝙ ciuitas ad hoc qd̄ dicatur ciuitas reqrunt̄ tres cōditiones potissime. Prima est quod ciuitas sit libera: ꝛ in tātum libera qd̄ nō sit subiecta nisi Romano pōtifici vel iperatori vel regi vel principi, quoniā si sit subiecta alicui militi vel alicui alteri exceptis supradictis: perdit nomē ciuitatis: ꝛ sic per cōsequēs nō dicitur ciuitas. Secunda cōditio est qd̄ ciuitas sit composita ex diuersis hominum statibus. s. ex militibus ꝛ ex agricolis ꝛ ex alijs officialibus. Tertia cōditio est qd̄ ciuitas habeat omnia necessaria sufficiēter qm̄ aliter nō poterit dici ciuitas: ꝛ per cōsequēs perdet nomen ciuitatis. Sed pro ista materia vide Aristote. tertio de repu. in pricipio. Et quia homo dicitur tanquam ciuitas bene ordinata: homo dꝫ habere supradictas tres cōditiones. Prima est quod vir prudens felix ꝛ beatus debet esse liber ꝛ habere libertatem: taliter qd̄ sit subiectus solum ipsi deo. s. per gratiam ꝛ charitatem: ꝛ non diabolo per peccatum mortale. Secunda cōditio est qd̄ homo habeat omnes potentias sibi necessarias tam spirituales q̄ꝫ corporales quoniam vt dicebat Augustin⁹. anima est vnica in essentia ꝛ multiplex in officijs suis. sic etiam Aristo. in libris de aīa. Tertia cōditio est qd̄ si hō hēat dictas potētias reqrit̄ qd̄ hēat eas bn̄ ordinatas: taliter qd̄ ifcriores sint subiecte supiorib⁹ vt

sensualitas rationi: quia aliter hõ nõ diceret hõ: nec p cõse quens dei sed ciuis diaboli. sic ethi. j. qd eliciat ex illa parti cula scdm virtutẽ optimã. vt qn dr qd felicitas est opera tio animi. glo. i. hominis secundum virtutem optimam in vita perfecta. podera secundum virtutem optimaz. glosa idest secundum partem principalẽ idest secundu rationẽ. Ex quo elicitur qd illo tẽpore homines dicũtur homines quo tempore sequuntur rationem. Et si contra fiat nõ di cuntur homines. s. si sequantur sensualitatẽ. sic propheta in psalmo. xlviij. Homo cũ in honore esset idest factus ad imaginẽ dei non intellexit: comparatus est iumẽtis insipiẽ tibus: et similis factus est illis. Et sic aia est vnica in essen tia sua: sed multiplex ĩ officijs suis. Et sic aia est quoddaz regnum in se: quia habet suas potestates et sua officia ordi nata ad medium regni quia superiores virtutes et potesta tes imperant precipiunt et dominãtur inferioribus et eas regunt et gubernant. sed virtutes inferiores obediunt et fa mulantur et seruiunt superioribus et recipiunt mãdata ab eis. et ideo regnum est bene dispositum et in pace quando superior potestas vt regia vel imperialis bene regit et im perat et inferior potestas obedit et famulat. ita ergo in re gno aie est bona dispositio et bona pax et trãquillitas qñ superiores partes et potestates que sunt in anima bene re gũt et iperãt iferiores bñ obediũt et famulant. Sz p apli ori declaratione eoz q dicta sũt dicebat frater Albertus et Alexander de ales. q multis noibus noiatur aia sine spũs hũanus: sed secũdũ diuersos respectus. aia eni dr quatũ re colit: animus dñ vult. ratio dñ recte indicat. spũs aũt dum spirat vel cõteplat. sensus dñ aliqd sentit. Et qr dr ciuis videdum est quomodo homo dicatur ciuis. Pro cuius de claratione videnda sũt illa que ponit Aristo. iij. de repu. et isto libro in. j. in. f. ex his. vbi dicit. Ex his ergo patet ci uitatem esse ex his que natura sunt. Sequitur et facit et q homo natura ciuile est animal. Ex quo infert q homines

magis debēt appetere societatē q̄ȝ vitam solitariam: ⁊ ma
gis habitare in ciuitatibus q̄ȝ extra. Et q̄ homines his cō
traria appetētes: cōparant᷑ brutis. Sed q̄d dices de diuo
Joanne baptista ⁊ de diuo Antonio: q̄ magis cupierūt vi
taȝ solitariā q̄ȝ ciuilē: ergo nō videtur bene sonare q̄d dicit
text⁹. Dicēduȝ q̄ appetere vitā solitariā potest esse vno de
duobus modis, aut ꝓpter v̄tutes: aut ꝓpter vitia. Si ꝓp
ter v̄tutes: bonū ⁊ optimū ē. sic fuit de diuo Joanne bapti-
sta ⁊ de diuo Antonio ⁊ de multis alijs. Sed appetere an-
tra vel deserta ꝓpter vitia: malū ⁊ pessimū est. Et ē notan
dū q̄ hoc forte potest euenire tripliciter, aut ex defectu, aut
ex affectu, aut ex effectu. Ex d̄ffectu q̄ꝛ hoc nō agit. s. fugere
vitā ciuilē: nisi q̄ꝛ nō cognoscit seip̄m esse animal ciuile: q̄d
procedit ex defectu rationis. Ex affectu q̄ꝛ habet appetitus
iordinatos: ⁊ malā cōplexionē sue nature. Ex effectu q̄ꝛ sem
per secut⁹ fuit appetitū ⁊ non rationē: ⁊ sic opatus ē multa
vitia vt adulteriū: latrociniū ⁊ silia. Et sic q̄ appetit vitā so
litariā ⁊ nō ciuilē cōparat᷑ q̄nq̄ȝ lupis: q̄nq̄ȝ vulpib⁹: q̄nq̄ȝ
auibus rapacib⁹. q̄m sicut aialia supradicta ⁊ alia huius
modi semꝑ viuūt d̄ rapina ⁊ appetūt ātra: sic hoīes fugiē
tes laborē ꝓprij corporis. ⁊ hoc propterea q̄ꝛ nolūt seq̄ do
ctrinā ꝓphete i p̄s. cxxvij. vbi dicit. Labores manuū tuaꝝ
māducabis ⁊c. Et geñ. iij. d̄r. In sudore vult⁹ tui vesceris
pane tuo. Sed nūc accedam⁹ ad materiā de ciuitate d̄ qua
fuit propositū nr̄m ⁊ dicamus q̄ duplex ē ciuitas. s. diuina
⁊ diabolica. Et sic per cōsequēs ciuiū alij dicunt᷑ dei: ⁊ alij
dicūt᷑ diaboli. Dimissa ciuitate diabolica accedam⁹ ad di
uinā: ⁊ dicam⁹ cū propheta in p̄s. lxxxvj. Gl'iosa dicta sunt
de te ciuitas dei. Sȝ tu q̄ i hac carne mortali degꝭ siue viuꝭ
cōsp icere debes q̄liter ad ciuitatē diuinā tēdis ne erres: q̄m
facere malū est q̄d facile: sed facere bonuȝ ē q̄d difficile. Nā
sicut est quid difficile sagittariū mittere sagittā in signū: sic
facere bonum est quid difficile: ⁊ ecōtra deuiare a signo est
quid facile: sic facere malū est quid facile, sic Aristo. ethi. ij.

in.i.adhuc.vbi dicit. Adhuc delinquere multifariũ est: naꝫ malum quideꝫ infiniti est: vt Pithagorici putant. Ex quo elicitur ꝙ malum põt committi infinitis vijs: bonum auté vnico modo. Sed tu nota ꝙ facere malũ non est facere sed deficere a facere.i.a recto fine: qm̃ id possum⁹ quod de iure possum⁹. Pro quo vide capitulũ.q̃ cõpulsis.xxij.q.v. Sꝫ ꝓ supradictꝫ cõmẽda memorie rogo illã auctoritatẽ math. vij. Lata est via que ducit ad cõdẽnationẽ: stricta vero ad salutionẽ. Et sic nota quomodo possumus cadere in peccatũ mortale sine auxilio diuino.s.sola dei permissione. qm̃ Amos.iij.dicitur nõ est malum in ciuitate qd̕ deus nõ fecerit.i.permiserit.sed nõ possumus surgere siue erigi sine auxilio dei.sic propheta in ps̃.lxxviij.vbi dicebat. Spiritus vadẽs ⁊ nõ rediẽs. Et sic etiã gene.viij. dicit̃ ꝙ omnis creatura humana ab adolescentia sua magis prona est in malũ q̃ꝫ in bonum. Et sic tu vide passum nuꝑ positum: qui docebit te qualiter a peccato valeas surgere. Pro quo nota ꝙ cum pede gaudij ambulabis ad meritũ: cum pede meroris ad delictum. Cũ pede doloris ad infernũ: cuꝫ pede spei ad paradisum. Et est spes certa expectatio future beatitudinis q̃ debet esse cum meritis precedẽtibus: qm̃ aliter nõ diceretur spes sed presumptio quedã. Et sic dicitur spes quedam meritis audacia de largitate dei cõcepta: habẽdi vitaꝫ eternam per bona merita. Sed pro ciuitate diuina vide quid dicat episcopus abulensis in libro numerorũ in capi.xxiiij. super particula qui petit reliquias ciuitatꝫ.⁊c̃. vbi dicit qd̕ sunt due ciuitates.s.ciuitas dei: ⁊ ciuitas diaboli. vt Augu. dicit.xiiij.de ciuitate dei. Et sic nota ꝙ ciuitas dei incipit ab amore dei vsq̃ꝫ ad cõtẽptũ ipsius hominis: vt scilicet quisq̃ꝫ ciuis illius ciuitatis omnia temporalia reputet vt stercora qm̃ friuola ceca ⁊ vana: taliter vt solum christũ lucri faciat vt aposto. ad Philip.iij. Sed ciuitas diaboli icipit ab homine ab amore sui vsq̃ꝫ ad contẽptum christi redemptoris nr̃i. sic in dicto libro numerorũ.capi.xxiiij. Et sic etiam dicit

dicit: s cps in dicto li. nume. capitu. xxij. sup particula quicquid volueris dabo. t uo p: emittunt ibi que maxime corda hominum mutat. s. hono: t diuitie: beatus qui superauit ea. Sed pro itineratione ciuitat; diuine: pmno debes cospicere aliqua circa corpus proprium. s. contemplando natiuitatem tuam vilissimam: vitam miserã: t mortẽ asperrimã. Secũdo ad mundum contemplãdo quantum si durus: durabilis t periculosus. Tertio ad paradisum contemplãdo quantum sit amenus: perpetuus t gaudiosus. nam leticia sempiterna super capita eorũ. gaudiũ t leticiam obtinebũt ex visione beatifica deum facie ad faciẽ intuẽtes iuxta illud Job. Videbis faciem eius in iubilo. Jubilus autẽ secundũ Grego. est indicibilis leticia: que nõ potest ligua exprimi: nec ex toto taceri. Pro quo vide t nota verba sequẽtia qñ notãda q: dulcia t amãda. O tu. N. quẽ deus omps cui ẽ cura de oibus ante mũdi constitutionẽ elegit anteq; pdisses in lucẽ: t nula fecisses opera bona te de⁹ ad magnã preparauit gloriã: quantũ gaudiũ tibi erit cu; habitaueris in atrijs dom⁹ dñi: t in illa ciuitate oib⁹ bonis plena: de qua valde gloriosa dicta sunt. Ciuitas illa quã possidebis perpetuo nõ eget lumine solis: q: claritas dei illũinauit eã. Ibi dẽ clare videb; ordines ãgelo;: de quo; gaudeb; cõsortio. Ibi pspicies choros scto; t virginũ: quo;ũ eris copulat⁹ collegio. ibi erit tibi cãdo: lucis estiual;. ibi teneritas vernalis. abũdantia autũnal;. reqes hyemalis. t oĩa q desideras scire: ibi cognoueris Pulchritudo absalonis: deformitas: velocitas azoelis. tarditas: fortitudo sansonis. debilitas: lõgaminitas Mathusalẽ. mortalitas: et regnũ augusti: paupertas. Nihil tibi oberit. nihil deerit. nihil defluet. nec cadet. nihil erit tibi extra qd appetas. nihil cõtra qd quidẽ fastidiat. Illa; igit vitã nunc tuo desiderio debes amplecti: vbi est vita sine morte. Juuẽtus absq; senectute. Lux sine tenebris. Gaudiũ sine tristitia. Pax sine discordia. Voluntas sine iniuria. Regnũ sine pmutione. q: merces tua ãgelo;

oīm ⁊ sctorū:quibꝰ dn̄s te fecit equalē.tā magna ē:qꝺ non
pōt mēsurari.tā multa qꝺ nō pōt numerari.tā copiosa qꝺ
non pōt finiri.tā p̄ciosa qꝺ nō pōt estimari.Ibi carmina
nō desinēt.Premia nō deficiēt.nihil amat̄ qꝺ nō sit.nihil
desiderat̄ qꝺ nō adsit.Est enī in illa vita oīs boni p̄sentia:
oīs mali absentia.Nā beatitudo est oīm bonorū statꝰ ag-
gregatione p̄fectus.Seq̄tur ⁊ facit.O culꝰ nō vidit nec au
ris audiuit:nec in cor hoīs ascēdit que deus oīpotēs tibi ab
eterno certissime p̄parauit.⁊ ista ꝺ ciuitate diuina tibi felix
pro p̄senti sufficiāt.cū q̄bꝰ vnusquisq̧ fidelis felix ⁊ beatꝰ
poterit dici.⁊ sic tu poteris dici felix ⁊ beatꝰ:qm̄ beatus est
cui optata succedūt.Sȝ bene scimꝰ qꝺ ecōtrario sensu ē for
tissimū argumētū.Et sic expedita materia ꝺ ciuitate diuīa
restāt aliq̄ de penꝭ īfernalibꝰ p̄nūciāda p̄ quo nota.O tu
īfelix ⁊ miser:quē parere ⁊ vberius ablactare mater nunq̧
debuerat:certissime noueris tibi post mortem interminabi-
les penas inferni esse paratas:vbi patieris tormenta:q̄ nū
q̧ in tua potuisti cogitare memoria.ibi oē malū qꝺ ex hor-
res tibi p̄sens assistet.O ē bonū qꝺ desideras nūq̧ videbis.
Nihil enī cernet oculꝰ de q̄ tuꝰ nō doleat animꝰ.Videbis
nēpe demonū vultus terribiles:quos vt nō videres potiꝰ
mortē eligeres.Audies gemitus tuos ⁊ sp̄um dānatorum.
Horror vermiū ⁊ fetor sulphuris tuū satiabūt olfactū.Fel
serpētū illo amarissimo cibo cōparari nō valet:qꝺ te deuo
rare necesse est.Sitis ⁊ fames tibi erūt p̄petuo.Vincula ⁊
carceres manibꝰ ⁊ pedibꝰ te ligatū cōstringēt.Locus ille
tenebrosus:⁊ tristis ⁊ fetidꝰ est tibi in habitaculo deputatꝰ.
Ibi erit te cōcremās calor ⁊ ardor ignis:stridor frigoris:te
SEquitur de sacramento confirmationis. Circa qḋ notanda sunt tria. Primum est. quid est hoc sacra- mentū cōfirmationis. Secundū ē. vnde dicit̄ ꝛ q̄ est eius materia ꝛ forma. Tertiū ē. i quibꝰ sacramētis fit vnctio chrismatis. Ad primū dicendū ē. q̄ (secundū quod dicit sctūs Tho. in. vj. li. sue summe) Cōfirmatio ē cōsignatio facta ab episcopo cū chrismate in frōte baptizati cū certa forma verborum ad audacter confitendum nomē christi. Ad secundum dicendū quod istud sacramētū confirma tionis dicitur a con quod est simul ꝛ firmatio. onis. quia simul firmat gratiā spūs scti q̄ trahit̄ in baptismo: ꝛ ideo dr̄ dari ad robur. Et materia huius sacramēti ē chrisma cōfectū ex oleo ꝛ balsamo. Et forma sunt ṽba q̄ episcopꝰ pfert. s. cōsigno te signo crucis. cōfirmo te chrismate salu tis. In noīe patris ꝛ filij ꝛ spūs scti. Amē. Ad tertiū dicē dū qḋ in tribꝰ sacramētis fit vnctio chrismatis scilicet in baptismo sup caput; ad designandū susceptionē in cōfir- matione. In frōte ad designādū audaciā confessionis fi- dei. Et in ordine presbiteratꝰ in manibus ad significādū potestatē cōsecrādi dominici corporis sacramētū.

ET quia peccatis nostris exigētibus multi ignorā- ter: ꝛ alij scienter prorūpunt in hec verba asserendo talē vel talē clericū esse publicū cōcubinariū. Pro cuius declaratione q̄ritur vtrū sacerdotes habētes mulieres in domo dicātur publici cōcubinarij? ꝛ alicui videret̄ ista q̄ stio valde difficilis. Pro cuius declaratione vide cap. tua ꝛ vestra de coha. cle. ꝛ mu. maxime sup illo passu. Nullꝰ audiat missam sacerdotis quem scit concubinā indubitā ter habere. Et q2 dicit̄ in textu missaꝫ. glo. i. etiā alia diui-

na officia. Dicitur etiam vlterius indubitater. i. per sentē tiam & p confessionē & per euidētiā facti vt. s. quia crimem nulla tergiuersatione celari pōt. Et est tergiuersatio simulatio quedā. Sed thomas suis quodlibet. qdlibet. xi. ar. viij. inter cetera dicit. Attēdendū tamē est quod hoc non intelligitur de quolibet sacerdote fornicario. Sed de publicis fornicarijs: qui proprie dicūtur publici quādo iudicio & sententia eccl'ie vocātur publici qd est valde notādū Et p ampliori declaratiōe vide cap. sciscitātib⁹. xv. q. viij. cuius cōtextura talis est. Sciscitātib⁹ vobis si a sacerdote qui fuerit comprehēsus in adulterio: siue de hoc sola fama respersus: debeatis communionem suscipere vel ne re spondemus. Non potest aliquis quantumcumqȝ pollutus sit sacramenta polluere: que purgatoria cunctarum cogitationum existunt qualiscunqȝ sacerdos sit. Que sancta sunt: coinquinari non possunt, idcirco ab eo vsqȝquo episcoporum iudicio reprobetur communio percipienda est: quoniam mali bona ministrādo se tantūmodo ledūt. Sicut cerea fax accensa q sibi detrimentum prestat: alijs vero lumen in tenebris administrat. Et tamē alijs commodum exhibet: vnde sibi dispendium prebet. sumite ergo ab omni sacerdote intrepide. i. sine timore christi mysteria: quoniam omnia in fide christi purgātur. Fides est enim que vincit hunc mundum. Et quia non dantis sed accipientis fit. dicente beoto Hieronimo. ad credendum omni anim[illegible] [illegible]us est perfectus. Et in omni sacerdote corpus xp̄i est perfectū. qui rursus sacre scripture cōcordans ait. priusqȝ audias: ne iudicaueris quēqȝ. Atqȝ ante probationē accusationis illate: neminē a tua cōmunione suspēdas: q2 nō statim q̄ accusatur reus est: sed qui cō uincitur criminosus. Casus de manu sacerdotis qui ab ecclesia tollitur licite sacramēta sumātur.

SEquitur de sacramento eucharistie circa quod sciēda sunt septem. Primum quid est. Secundo vn-

de dicitur eucharistia. Tertio que sunt de eius substantia. Quarto que est eius materia: et que est eius forma. Quinto quid est in hoc sacramento eucharistie sacramētum tantum: et quid est res tantū: et quid est sacramētum et res. Sexto quomodo continetur christus in hoc sacramēto. Septimo in quot partes debet diuidi hostia et quare. Ad primum dicendum est q secundum Thomam in. vj. sue summe. eucharistia est sacramētum charitatis tam diuine q̄ nostre. sic etiam difinit Alexander. Ad secundū dicendum q dicitur eucharistia ab eu quod est bonum et charis quod est gratia quasi bona gratia. Ad tertium dicendum q de substantia huius sacramēti sunt quattuor. Primum est sacerdos. Secundum est species panis et vini. Tertium est intētio consecrantis. Quartum est forma verborum consecrationis. Ad quartum dicendum q materia huius sacramenti est panis triticeus: et vinum de vite: et forma sunt verba consecrationis: cum proferuntur a sacerdote super species panis et vini cum intentione consecrandi. Ad quintum dicendum q in hoc sacramento: sacramētum tātū sunt species panis et vini. Et res sacramēti est corpus christi mysticum. Et est sacramentum et res: corpus christi verum. Ad sextum dicēdum q christus totus est in hostia: et tot⁹ in qualibet eius parte: sicut potest poni exemplū in sermone qui est vnus in multis auribus. sic de ista materia etiaz tractatur in capitulo cum marthe de cele. mi. Ad septimum dicēdum q diuiditur hostia in tres partes: propter tres personas sancte trinitatis. Sed quid significet vnaqueq3 istarū trium partium vide versum q̄ docebit te. Frangitur tres in partes: tincta beatos. Pars siccata viuos notat. seruata sepultos.

¶ Preclara reuelatio de sacramēto altaris quā dominus reuelare dignat⁹ ē fideli seruo suo Guillermo regi Scotie viro religiosissimo. et est sequens.



Vos qui gloriamini in dño: ⁊ exultatis in pre
conijs laudis eius venite ⁊ audite ineffabilia se
creta: q̄ de sapiētie sue thesauris proferēs iesus
christus dignat⁹ est reuelare mortalibus. Qui
licet per gratiam suā plene innotuit illis: quos in fide edo
cuit se in sacramēto altaris quod a fidelibus sumitur: eū⸗
dem ipsum esse verum deuȝ verumqȝ hominem qui sine
labe de intemerata virgine carnem sumpsit: qꝛ tamen iux
ta quod apostolus ait: non in omnibus est fides. ⁊ pleriqȝ
etiam fideles quamuis hoc simpliciter credant: vix tamē
capere preualent intellectu. ad solidandas in fide creden⸗
tium mentes: ad deserendam omnem altitudinem extollē
tem se aduersus scientiam dei: pius iesus christus infirmi
tatis humane conditionem clemēter miserans quid excel
lentie. quid virtutis. quid glorie sacramentum altaris in
se cōtineat: Guillermo regi Scocie mirabiliter patefecit.
Et quamuis alijs nonnullis fidelibus prout comperim⁹
vel per mutationem hostie in carnem christi: vel etiā quā
doqȝ in puerum eiusdem sacramenti veritas sit ostensa:
nunquam tamē legimus vel audiuim⁹ qꝫ alicui adeo ple
ne ac lucide totum sacramētum altaris effulserit sicut me
morato regi demonstratum est in spiritu dū dormiret ve⸗
lut ex sequentibus apparebit. Narratio rei. ¶ Nam cuȝ
idem rex die quadaȝ tardius surrexisset: ⁊ officiales curie
propter varias occupationes quas habebāt audire mis⸗
sam celeri⁹ vellēt: clerici regalis capelle que a thalamis
regis paululum est seiuncta: vt eis prius quam rex surge
ret celebrarent precibus induxerunt. Induto igitur sacer
dote ⁊ clericis preparatis dum ad dicēdam confessionem
coram sacris altaribus essent humiliter inclinati: visuȝ est
regi per somnium se eidē confessionem interesse. Qua per
dicta ceterisqȝ officijs ex more peractis vsquequo ⁊ hostia
est oblata: intuens rex vidit a loco quo sacerdos hostiam
super corporale posuerat columnam eximie claritatis ex⸗

urgere. que vt ipsi videbatur penetrato capelle culmine aere celoqz diuiso in ipso throno diuine maiestatis verticē attollebat. Sub ipa colūna cernebat sedere iuxta hostiā speciosum pre forma filijs hominū in forma pueri. Cui⁹ decoris gloria tāta erat: vt in eius cōparatione solaris claritas nulla esset. Reflectens autē pfatus rex oculos ad sacerdotem qui tātis preerat mysterijs: vidit eum subito in lucidissimi christalli specie trāsformatū. q̄ sacerdos cuz ad faciē dū super hostiā crucis signū post oblationē brachiū eleuasset: humiliato erga eū capite suo: maximus ille puer signum ipsum excipere videbatur. hec tanta tamqz stupenda rex attonitis oculis intuens: vehementissime mirabatur. Igitur posqz ad tertiam repetitionem agnus dei mysterium misse perductum est: eleuatis oculis rex vidit erectum puerum sacerdoti pacis osculuz porrigentem. At vbi perceptionis appropinquauit hora qua debet sacerdos suscipere corpus christi: quod est auditu terribile. credibile tamen secundū quod ait Augustinus quia nos incorporamus eum & incorporamur ab ipso: puer sacerdotem commedere visus est. Et sacerdotem nihilominus integrum permanere. Uerba augustini sunt vt dictū est. crede & manducabis me. Non ego mutabor in te. sed tu mutaberis in me. In quo Rex vltra quam credi valeat stupefactus & ad sacerdotem voce trepidanti exclamans. Quid est (inquit) qd̄ tu non suscipis corpus xp̄i: cui sacerdos. q: vt cernis ipse me incorporat sibi. Protinus Rex ad euz. Et quis est ipse tantus puer tantaqz inefabili gloria laureatus: Ad quē sacerdos. Dicest inquit dominus meus & tu⁹ etiam o Rex. Nam Rex regū est & dominus dominantiū Rexqz omniū seculoruz. Prostratus igitur Rex cōtinuo corā eo: vt sui misereretur suppliciter precabatur. Quem cū puer obliquo prius oculo respexisset: et rex humiliter ab eo q̄reret si posset obtinere misericordiā apud eum. Respondit puer pijssimus. impetrabis. Insi-

stente vero rege pedibus indefessis vt ei benedictionis sue gratiā largiretur: eleuata puer dextera bñdixit eū dicēs. Benedictus sis tu a patre meo ⁊ a me ⁊ a spiritu sancto. qui a patre ⁊ a me procedit. Sicq3 cum sacerdote suo per memoratā columnā celorū sublimia petens, episcopū cū oībus quorū in officio misse facta fuerat memoria paterne magestatis oculis presentauit. Et sub eodē memēto sacerdos ad terrā visus est rediisse. Cōpleto itaq3 sacramēto excitatus rex ad vocē vnius ex clericis: dū3 sacerdoti post dñs vobiscū ⁊ cū spiritu tuo resonantior in voce q̄3 ceteri respondisset: cepit ea q̄ viderat mente solicita pertractare Gaudensq3 in dño super his vehementer benedicebat ⁊ collaudabat deū altissimū qui sibi tanta mysteria demōstrarat. Nulli tamē ea pandere voluit quoadusq3 perpēdere potuit. Quis nam esset sacerdos cui talia contigerit qui non diceret. A dño factum ē istud ⁊ ē mirabile in oculis nostris ⁊ alia huiusmodi. Hec pro vt sunt expressa retulit dñs Galter⁹ venerabilis glasconēsis episcop⁹ dño Arnaldo cistersiensi abbati ⁊ quibusdā3 aliis religiosis in domo cistersiēsi dum rediret a cōsilio generali Innocentij pape quarti. A quib⁹ q̄dā monach⁹ Cistersiēsis sitienter ea percipiēs. i. maximo cum desiderio ad honorē domini nostri iesu xp̄i ⁊ ad deuotionē excitandam legētiū cordibus curauit scripture cōmendare. Credentes ista ⁊ pro eo qui ea scripsit orantes: pacē ⁊ bēdictionem quam felix rex iste promeruit ⁊ ipsi accipere mereantur per omnia secula seculorū amē.

SEd pro supradictis vide quid dicat Augusti. in ps̄ xlv. super particula deus sedet super sedē3 sanctam suā. glo. ꝙ tunc promittebatur futurū nunc ipletū agnoscitur ⁊ tenetur deus sedet super sedē sanctam suā. Quando sedes ei⁹ sancta est forsitam celi ⁊ bene intelligit. Ascēdit enī christus sicut nouimus in corpore: in quo crucifixus est: ⁊ sedet ad dexterā patris idest ad equalitatem

patris. inde eum venturū expectamus ad iudicandos vi
uos ⁊ mortuos scilicet tam bonos q̄ȝ malos homines. Se
det super sedem sanctam suam. celi sunt sedes sancte eius.
Uis ⁊ tu esse sedes eius noli putare te non posse esse. Pa
ra illi locū in corde tuo: qm̄ veniet ⁊ libenter sedebit. Ipse
certe ē dei virtus ⁊ dei sapiētia. Et quid dicit scriptura de
ipsa sapientia? Anima iusti: sedes sapientie. Si ergo ani
ma iusti sedes est sapientie: sit anima tua iusta: ⁊ eris rega
lis sella sapientie. Et re vera fratres omnes homines qui
bene viuunt: qui bene agunt secundū charitatē piam con
uersantur. Nonne deus in illis sedet ⁊ ipse iubet ⁊ obtem-
perat anima sedenti in se deo ⁊ ipsa iubet membris? Ani
ma enim tua sancta iubet mēbro tuo quo moueatur pes:
quo manus: quo ocul⁹: quo auris ⁊ sic de singulis. Et sic
iubet ipsa anima sancta membris tanquaȝ famulis suis.
Sed ⁊ ipa seruit interius insidēti sibi domino suo. Non
potest inferiori se bene imperare: nisi superiori se non fue-
rit dedignata seruire. Et sic deus sedet super sedem san-
ctaȝ suā. Hec augusti. vbi supra. Et sic tu si sapiēs fueris:
istorum memor eris. ⁊ sic ista sunt verba valde notanda:
qm̄ verba aurea. Et sic pro dictis ⁊ multis alijs nota q̄d
dicatur Esaie. xxxviij. ⁊ est In dieb⁹ illis egrotauit Eze
chielis vsq̄ȝ ad mortem: ⁊ introiuit ad eum Esaias filius
Amos propheta: ⁊ dixit ei. hec dicit dominus deus. Dis
pone domui tue quoniam morieris tu ⁊ nō viues. Et seq̄
tur. Ego adijciam super dies tuos quindeciȝ annos. glo.
Ista fuit prophetia comminationis: que est quando fit
reuelatio prophete alicuius futuri pro vt est in dispositio
ne diuina ⁊ ei⁹ presentia. hoc infallibiliter impletur. quia
diuina prescientia est immutabilis. Prophetia autem su
praposita qua dixit Esaias morieris tu ⁊ non viues: fuit
prophetia comminationis: que est quando reuelatur ali-
quid futurū non pro vt est in mente diuina: sed pro vt est
in causis inferioribus. qm̄ in deo cōsilium nō mutatur id

est cognitio dei, sed bene quandoque opus vt ait Augusti. li. de floribus. Et sic erat de infirmitate Ezechie, que erat incurabilis per naturā: non tamen per hoc excludebatur quin diuina virtute curaretur, et ideo talis prophetia non semper adimpletur. Et pro dicta materia vide capi. incō mutabilis. xxij. q. ij. vbi inter cetera dicitur. Si penitētiam egerit gens illa a malo suo: agam et ego penitentiam a malo quod cogitaui vt facerem ei. Cogitaui. glosa. i. video cogitasse. Et episcopus Abulē. dicit hic morieris tu. idest peccata tua petunt pro presenti te mori. quod nota. Et sic licitum est cuicunque audire vt ait Sapi. prouer. j. sapiens audiens sapientior erit. Et hieroni. in prohe. bib. ait. Habet nescio quid latentis energie viue vocis actus. vox magistri in aures discipuli fortius sonat.

¶ Incipit sermo frīs Augustini de Leonissa.

Et sic frater augustinus de Leonissa in sermo diui Joan. euangeliste inter cetera dicit verba sequētia. quem sermonem fecit in concilio Basiliensi anno domini mi. cccc. xxxiij. Et fuit thema facies aquile desuper. Eze. j. Et sic inter cetera dixit. Secundo contemplemur de illis quattuor animalibus et ipsorū situationē vt dicit Ezech. etc. Illa erant situata et posita in circuitu cuiusdam electi. per electum intelligo dei filiū pro nostra redemptione ab eterno electum, qui elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti et immaculati in cōspectu eius et in mundū veniēs per incarnationē infima mūdi elegit: vt confunderet fortia. Stat autē in medio quattuor animalium: quoniam fuit homo in sua incarnatione. fuit bos in sua passione. fuit leo in sua resurrectione. et fuit aquila in sua ascēsione. Homo est enim rex omniū creaturarū. Leo omniū bestiarum. bos omnium iumentorum. aquila omnium auium. Christus vero de regali progenie ortus est rex regum et dominus dominantium. qui comparatur electo auro et argento composito. qm̄ eius persona constat

ex auro et ex argento humanitatis. In cui⁹ circuitu sūt q̄t-
tuor aīalia: qm̄ hac intētione q̄ttuor euāgeliste scripserūt
euangeliū vt toti mūdo ostēderent xp̄m esse verum deuз
et hoiem. quorum euangelica dicta intuēs sanctus Effrē
monachus in quodā sermone quem fecit de trāsfigurati-
one istius electi sic ait. Si nō erat deus: Gabriel quē dīx
vocat? Si nō erat hō: quem Maria in vētre gestabat?
Si nō erat deus: Helisabeth quē salutabat? Si non erat
homo: in presepe quis iacebat? si nō erat deus: magi quē
adorabāt? si nō erat homo Joseph quem circūcidabat?
Si nō erat deus: colūba quē protestatur? si non erat hō:
Joannes quē baptizabat? Si nō erat deus: mare et vēti
cui obediebant? Si non erat homo: in naui quis dormie-
bat? Si nō erat de⁹: peccata quis relaxabat? Si nō erat
homo: in deserto quis esuriebat? Si non erat deus: mor-
tuos quis suscitabat? Si non erat homo: cibos quis su-
mebat? Si nō erat deus: latroni paradisuз q̄s donabat?
Si nō erat homo: in cruce quis pendebat? si nō erat de⁹:
sol lucē propter quē deponebat? Si nō erat homo: in se-
pulchro quis iacebat? Si nō erat de⁹: die tertia quis re-
surgebat? Si nō erat homo: Thomaз quem palpabat?
Si nō erat de⁹: in celū q̄s ascēdebat? Si nō erat homo:
cicatrices christi quis ostēdebat? et sic de singulis. Igitur
q? verus deus est: propria virtute sup oēm creaturā ascē-
dit. Quia verus homo est: cicatriceз et vulnera pro nobis
patri ostendit: premaxime vulnus lateris de quo nullus
euangelista loquitur ardētissime nisi Joannes. vt merito
dicat facies aquile desuper. Tertio contēplemur de illis
quattuor aīalibus: ipsorū descriptionē attendentes. Qui-
libet namq; ipsoꝝ describit a p̄pheta Ezechie. cuз quat-
tuor pedibus et cum quattuor manibus et cum quattuor
pēnis et cum quattuor facieb⁹. Per pedem intelligo affe-
ctionē. Per manū operationē. Et per pēnas contempla-
tionē. Per faciē discretioneз. Quattuor erant pedes. qm̄

prelati q̄ttuor debēt habere affectiones. Quarū due sunt de presenti: ⁊ duo de futuro. De p̄senti sunt gaudiū ⁊ dolor: sed de futuro sunt spes ⁊ timor. Gaudium est de bono: dolor de malo. Timor de supplicio: spes de premio. Ambulate ergo cum pede gaudij ad meritū: cum pede doloris ad delictū. Etiā cū pede doloris ad infernū: cum pede spei ad paradisum. Quī spes est certa expectatio future beatitudinis ⁊ quedā mētis audacia de largitate dei cōcepta habēdi vitā eternā per bona merita.

SEquitur de sacramento penitētie. Circa quod sciēda sunt septē. Primū q̄d est penitētia. secūdū vnde dicitur. Tertiū q̄ est eius materia ⁊ q̄ est ei⁹ forma. quartū quid est sacramētū tantū in sacramēto penitētie. quid res tātum. ⁊ q̄d sacramentū ⁊ res. Quintū quot sunt partes vere penitentie. Sextum q̄ sunt conditiones vere confessionis. Septimū est cui debet fieri confessio. Circa primum dicendū est ꝙ sicut dicit magister sentētiarum libro. iiij. di. xiiij. Secundū Augustinū. penitētia est quedā dolentis vindicta puniens in se quod dolet se cōmisisse. Ad secūdū dicendū ꝙ penitētia dr̄ a puniendo qua quis punit illicita q̄ cōmisit. Ad tertiū dicendū ꝙ materia huius sacramēti est penitēs. Forma sunt verba absolutionis. s. ego te absoluo ⁊c̄. q̄ profert sacerdos cū intētione faciēdi q̄d ecclesia instituit. Ad quartū dicendū ꝙ actus exterior exercitatus a cōfessore ⁊ a penitēte est sacramentū tantū. Res tantū est remissio peccati. Res autē ⁊ sacramētū est penitetia interior. Ad quintū dicēdū ꝙ partes vere penitentie sunt tres. s. cōtritio. cōfessio. ⁊ satisfatio. Et quāuis cōplementum peccati potest esse in actu cordis solius vel cordis ⁊ oris in simul vel omnium trium insimul. s. cordis oris ⁊ operis: tamē ad perfectionem vere penitentie debet esse omniū horum trium aggregatio si assit facultas. quia absolutio que datur in penitētia est permanens. Ad sextum dicendum ꝙ conditiones vere confessionis sunt iste. s.

ꝙ confessio debet esse simplex.pura.fidelis.frequens.nu-da.discreta.libens.verecunda.integra.secreta.lacrimabilis.accelerata.fortiter accusans.⁊ parere parata. Ad septimum dicendum quod cōfessio debet fieri sacerdoti habenti claues. que claues sunt sciētia discernēdi ⁊ potestas ligandi atq; soluendi.per que penitens absoluitur a peccato ⁊ restituit̃ eccl'ie ⁊ recōciliatur xp̄o ⁊ donis sp̄ualibꝰ ⁊ de filio diaboli efficitur filius dei.hec sanctus Thomas li.vj.summe.capi.xx. Sed pro declaratione vniuscuiusq; particule supradicte vere cōfessionis vide summam antonianā in tractatu confessionis. Multa alia sunt dicenda circa confessionē:sed in tractatu quē fecimus de confessione sunt determinata.Tho.

SEquit̃ de sacramēto extreme vnctionis circa quod sciēda sunt sex.primum q̄d est.secūdū quādo institutū est.Tertiū q̄d est in hoc sacramēto sacramētū tātū. Et quid est res tantum:⁊ quid sacramētum ⁊ res. Quartum quid est forma eius ⁊ materia. Quintum in quibus partibus corporis debet fieri vnctio.Sextum q̄d est eius effectus. Circa primū dicēdū est quod extrema vnctio ē sacramētum ex vnctione per oleū sanctificatuz facta:cōferens infirmis remediū contra peccati reliq̄as. ⁊ si expediat alleuationem ferēs infirmitati. Ad secūdum dicēdum est q̄d institutuz est Jacobi.v. Quādo christus misit vngere ⁊ sanare infirmos.Ad tertium dicendū ꝙ sacramentū tantū in extrema vnctione ē vnctio olei benedicti exterior.⁊ res tantuz est effectus duplicis sanitatis. ⁊ sacramētum ⁊ res est vnctio interior iocunditatis ⁊ leticie ex peccatorum remissione.Ad quartum dicendum. ꝙ materia huius sacramenti ē oleum oliuarū benedictū ab ep̄o. Et forma sunt verba q̄ dicit sacerdos.s.per istam sanctā vnctionē ⁊ suā pijssimā mīam ⁊c̃.Ad quintū dicēdum ꝙ debet fieri secūdū cōsuetudinē in oculis.in naribꝰ. in ore.in manibus.in pedibus.in auribus.in pectore.in lumbis in

viris ꝛ in mulieribus in renibꝰ vel in vmbilico. ꝛ mutila
to aliquo mēbro debet inungi in loco illius mēbri vel mē
brorū. Ad sextū dicēdū est ꝙ effectus huius sacramēti est
pctōꝝ venialiū remissio: ꝛ virtutū ampliatio. ꝛ sic dr̄.
Jaco. v. Infirmat᷑ aliq̄s ī vobis inducat p̄sbiteros eccle
sie: vt orēt super eum: vngentes euꝫ oleo in noīe dn̄i: quia
vt dicit glo. de appel. in capi. qua fronte. ꝙ homo ꝑpter
peccatum citiꝰ mori p̄sumit. sic. xj. q. iij. in ca. epi. ꝛ. xij. q. j.
ca. ij. ꝛ. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Et glo. ordina. super verbo
thematis dicit ꝙ multi ꝑpter pctm̄ plectūt᷑ morte corpo
ris. Hinc est ꝙ saluator prouidēs de remedio cōtra pctā
hoīm sanorū vt de peñia: prouidere etiā dignatꝰ est de re
medio contra pctā hoīm infirmorū vt de extrema vnctio
ne. per quā quidē pctā venialia dimittūt᷑: ꝛ etiā īfirmitas
corpis iterdū alleuiat᷑. Vñ seq̄tur ī themate. Et orō fidei
saluabit īfirmū: ꝛ alleuiabit eū dn̄s. glo. interlinealis. i. si
cōtigerit eū mori: ꝛ sic dimittentur ei pctā ꝛ bene hoc ex-
pressum est in apl'is. de quibus dicit᷑. Marci. vj. ꝙ vnge
bāt oleo multos ifirmos ꝛ sanabātur: ꝙ vtiqꝫ fit virtute
huius sacramēti ꝛ nō alia simplici vnctione. nā apl'i tunc
vngētes cōferebāt hoc sacramētū a xp̄o eiꝰ p̄cepto. vñ di
cit Nico. de li. sup Marcuꝫ vbi supra ꝙ ex eo ꝙ apl'i sic
vngebāt: patet ꝙ vnctio extrema q̄ est infirmorum: fuit a
xp̄o instituta qd̄ est cōtra multos dicētes ꝙ Jacobꝰ apo
stolus in verbis premissis eum instituisset: quod falsum
est cum nullus apostolꝰ aliquod sacramentum instituere
potuit: sed bene publicare potuit institutum. Et hoc fecit
Jacobus in verbis premissis nostri thematis dicens in-
firmatur quis in vobis ꝛc. Vnde dicit Thomas in quar
to di. xxiij. q. j. ar. iij. ꝙ oīa sacramenta xp̄s instituit per se.
Sed q̄ sunt difficiliora ad credēdū illa p se promulgauit.
Alia autem seruauit apostolis promulganda sicut extre
mam vnctionem ꝛ confirmationeꝫ. Vnde per ista verba
thematis nostri a Jacobo fuit istud sacramentū promul

gatum et non institutum. Diffinitur autē extrema vnctio sic secundum Scotum vbi supra. Est vnctio infirmi hominis facta in partibus determinatis corporis cum oleo consecrato ab episcopo: ministrata a sacerdote certa verba cum intentione debite proferēte ex institutione diuina efficaciter significans curationem venialiū. Ex qua diffinitione satis patet euidenter a quo debeat istud sacramētum conferri: et ex qua materia et sub qua forma. De quibus per ordinem est videndū. Et primo sciēdum est quod materia huius sacramenti vt dictū est: est oleum oliue ab episcopo consecratum. Et non est oleum balsami sicut in confirmatione. Cuius ratio est quoniam qui habet crire de via. i. de vita mortali: non oportet q̄ habeat odorem bone fame q̄ per balsamū designatur. sed sufficit ipm habere bonam consciētiam. Nec potest hoc sacramētum cōferre vel ministrare nisi fuerit sacerdos: et si alius confert nihil facit. vnde in diffinitione dicit̄. a sacerdote ministrata. Secundo sciēdum est de forma huius sacramenti. que est septuplex. s. ad septē vnctiones principales. Circa quod sciendum q̄ in quibusdam ecclesiis dicitur ista forma in collatione hui⁹ sacramēti. Ungo oculos tuos oleo sanctificato in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Similiter vngo nares. etc. Et consequenter vngo labia. manus et pedes. etc. Sed in rei veritate ista verba nō sunt vera forma huius sacramēti sed bene sunt dispositio ad formā. Forma autē huius sacramenti vera hec est. Per istā sanctam vnctionem et per istam sacratissimam benedictionē indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum. Similiter resumendo super aures. nares. labia. manus. et pedes. Licet autem in hoc sacramento fiāt multe vnctiones: vltima tamen vnctio scilicet que fit in pedibus est forma respectu omnium precedentium: et agit in virtute omnium. Et ideo in vltima vnctione gratia infunditur: que effectum sacramenti prebet. Unde secundum Thomam

in.iiij.di.xxiiij. Si iam alique partes essent incepte et presbiter deficeret sicut contingit in pestilentia quod factum est: non debet iterari: sed unctiones que restant per aliũ sacerdotem debent compleri Sint ergo presbiteri cauti: ut de cetero corrigant libros suos et agenda in quibus communiter habẽt formã sacramẽti huius per illa verba. ungo oculos tuos vel nares tuas etc. Istud enim sacramentum cõfertur per modũ suffragij secundũ Tho. et ideo datur per solã orationẽ et per verba optatiui modi. Unde dixit Jacobus in verbis thematis. Inducant presbiteros ut orẽt pro eo. illa vero verba ungo oculos tuos etc. non sunt de substantia sacramenti: sed de bene esse secundum Petrum de Tharã. di. xviij. et Tho. in. iiij. q. iiij. articu. ij. Quibus autẽ hoc sacramentum conferendum sit. R. dicendum. q solum est dandum infirmis et nunq̃ sanis. nihil enim efficit in eis et hoc patet ex diffinitione prius data in qua dicitur q hoc sacramẽtum est infirmi hominis. nec debet dari infirmis istud sacramentum ex periculo exterioris violẽtie puta armorum: vel submersionis secundum doctorem subtilem in quarto. distin. xxiij. Et ex hoc soluo unum dubium. De quo cum audirem sententiarũ libros: dubitabatur a lectoribus et a formatis baccalarijs sacre theologie. an hoc sacramẽtum extreme unctionis valeat vulneratis vel submergendis: patet q non. Dico enim probabiliter q si quis est vulneratus et ex vulneribus inflictis incidit in infirmitatẽ longam: ex qua desperatur de vita eius: puto q sit ei sacramẽtum dandũ si alias recẽter vulnerator: et iam decedẽti nõ sit dandum. similiter suspendẽdo vel submergendo nõ est dandũ. quoniam illi nõ dicuntur infirmi neq3 moriuntur ex defectu nature: sed ex euẽtu fortune secundũ Petrũ. Item hoc sacramentũ non debet dari pueris furiosis et amẽtibus: qui prius non petierũt hoc sacramentũ. Si quis tamẽ senio deficeret subito in articulo mortis potest ei hoc sacramẽtũ extreme unctionis dari.

Sed tamen adultis vsum rationis habẽtibus nõ datur nisi petãt specialiter. Sed tamẽ qui in vita sua habuit bonum propositum omnia sacramẽta sibi necessaria vel vtilia suscipiẽdi: etiam si amitteret loquelã vngatur in nomine christi. Non debet etiam quis inungi sepius in eadem infirmitate: nisi eadẽ infirmitas vltra annũ protrahatur: ita qđ in vno anno in eadẽ infirmitate nullus bis inũgatur, ne sacramentum istud vilescat. Iteratur tamẽ hoc sacramẽtuꝫ in diuersis infirmitatibꝰ vel ĩ eadẽ recidiua: qꝛ non habet effectũ perpetuũ eo quod sanitas mẽtis ⁊ corporis que sunt eius effectꝰ reiterari possunt ⁊ amitti ⁊ recuperari. Debet autem fieri vnctio extrema super organis quinqꝫ sensuum corporaliũ: qui sunt quasi prime radices peccãdi. Unde oculi vnguntur propter visum: quo peccamus. Aures propter auditũ. nares propter odoratum. Labia propter gustũ. manus propter tactũ. pedes vero propter vim motiuã quod nõ est đ necessitate. Cor autẽ non vngatur quoniam est principiũ immediatũ vite ⁊ remotum actionis neqꝫ genitalia propter inmundiciã et reuerentiam sacramẽti: nec lingua propter abhominatione. Itẽ secũdum Thomã mutilati inũgi debẽt quãto propinquius possint circa partes que inungi debuerant. quia q̃uis non habẽt membra tamen habent potentias que illis mẽbris debẽtur saltẽ in radice: ⁊ ideo interiꝰ peccare possunt ꝑ ea q̃ ad eos pertinẽt ⁊ effectus extreme vnctionis secũdũ Tho. est quedã sanitas spũalis q̃ dat̃ contra q̃dã debilitatẽ vel ieptitudinẽ: q̃ in nobis relinq̃tur ex pctõ actuali vel originali cõtra quam debilitatẽ hõ roboratur per hoc sacramẽtum. Et quia hoc robur seu fortitudo gratia facit: secum non compatitur peccatum ideo ex consequẽti si inuenit peccatũ aliquod veniale vel mortale oblituꝫ quo ad culpam tollit: dũmodo non ponatur obex ex parte recipientis. Secundarius autem effectus eius est corporalis sanitas. Sed diceres quare nõ semper

homo infirmus vnct⁹ surgit de īfirmitate sed sepius moꝛi
tur? ℞. ꝙ cū isto sacramēto sanitas ē effectus secūdarius.
⁊ ideo non dat̄ nisi secūdū qd̓ expedit ad sanitatē spiritua
lem qꝛ tūc semꝑ eā inducit dūmodo nō sit impedimētum
ex parte recipientis. Unde patet ꝙ si vnctus in extremis
nō surgit ab infirmitate illa per illam vnctionem: signuꝫ
est ꝙ sanitas corporalis est sibi nociua ⁊ vult deus poti⁹
eum sic habere infirmum ꝗꝫ sanum. Uel signum est ꝙ in-
firmus non bene dispositus est in consciētia: ita ꝙ adhuc
aliquod habet impedimētū quod impedit ne sanitas cor
poralis sibi restituatur. alias raro fallit. In hoc enī sacra
mēto vnctio exterior est sacr̄m sed res sacri est sanitas cor
poris ⁊ aīe. Res aūt ⁊ sacramētum ē vnctio spūalis inte
rior. i. mētis iocūditas vel solatium. Potest autem sacer-
dos hoc sacr̄m extreme vnctionis conferre vel ministrare
cū vno clerico: q̄ sibi respōdeat ad orōnes ⁊ ad psalmos
qui ibi dicūtur. Si tn̄ caret clerico potest solus expedire
totū secūdū guillelmū ⁊ Hostiē. Si aūt vngit̄ sacerdos:
nō est opus clerico qui respondeat ad ps̄ ⁊ orationes: sed
ipsemet respōdeat solus dicens cū dicitur in letania sancta
Maria ora pro me et cetera. similiter cū dicitur a morte
perpetua: respōdeat libera nos dn̄e. Nec vngatur sacer-
doti manus in palmis interioribus: quoniā ibi vncte sunt
per episcopum in ordinibus. Sed exterius vngatur in su
perficie. de hoc tamen non est magna vis qualitercunqꝫ
faciat: sed tamen illud securius est ⁊ tutius. pratica huius
sacramenti est facilis. Nam premittit sacerdos primo ve
niens in domum infirmi septem psalmos penitētiales cū
letania. demum querit ab infirmo si postulat sacram vn
ctionem. Tertio dicit orationes positas in libello ad hoc
cōgruas. Quarto vngit cū forma supradicta. Quīto ter
git cū stupa canabis vulgariter canāmo: vel lini loca vn
cta ⁊ ꝓijcit in ignem. Sexto lauat manus sale ⁊ aqua. ⁊
similiter ꝓijcit ad ignē. Septimo alligat loca illa mūdo

parnículo vsqz ad tertiam diem:q̄ tertia die comburent.
Octauo relinquit lignum passionis christi in cuius virtu
te istud sacramentum sicut et alia habent virtutem sana-
tiuam anime ⁊ corporis. Sed pro ampliori declaratione
istius sacramenti extreme vnctionis vide magistrum sen-
tentiarum in.iiij.di.xxiij.⁊ sic Tho.in solutione secūde.q.
ad primum.cuius verba sunt. Ad primū ergo dicendum
q̄ quelibet infirmitas augmētata potest mortem induce
re.Et ideo si genera infirmitatū pēsent : in qualibet egri
tudine hoc sacramentū potest dari quod apostolus hoc
non determinat. Sed si pensetur infirmitas:modus:sta-
tus:non semper debet infirmantibus hoc sacramentū ex-
treme vnctionis dari. Et sic hoc sacramentū extreme vn-
ctionis non debet dari omnib⁹ pcipue furiosis amenti-
bus qui possent irreuerentiam sacramento per aliquam
immunditiā facere nisi haberent lucida interualla:in qui
bus sacramentū recognoscerent:⁊ sic eis in statu illo con-
ferri posset. Et dicūtur lucida interualla.s.in tempore sa-
nitatis. Et in articulo supradicto.iiij.sen.di.xxiij.ad.v.in
solutione quarte.q.dicit. vnde sicut eucharistia nō debet
dari pueris.s.non determinantib⁹.i. decernentibus inter
cibum spiritualem ⁊ corporalem:ita nec talibus debet da
ri sacramentuz extreme vnctionis. sic Tho. vbi supra.in
quarto.distin.xxiij.ad.v. quod nota quoniā quotidie ac-
cidere potest.Et sic sacramentū extreme vnctionis non de
bet dari alicui nisi semel in anno quod est verū nisi infir-
mitas iteretur. quoniaz tunc tociens quotiens infirmitas
iteratur poterit hoc sacramentū iterari. Et nō debet hoc
sacramentū extreme vnctionis dari nec administrari nisi
illis qui secūdū apparentiā sunt magis propinqui morti
q̄ vite corporali secundū extimationē hominū vt dictū
est.Pro quo vide Tho.suo.iiij.di.xxiij. ad quartū in so-
lutione.ij.argumē.cui⁹ verba sunt.ad.ij. dicendū q̄ illud
quod est secundūz existimationem hominū extremū: quā

doqз secundum rei veritatem non est extremum. Et sic dicitur hoc sacramentum extrema vnctio: quia nõ debet dari nisi illis: quorum mors naturalis est propinqua secundum existimationem hominum. ⁊ sic vide. capi. cum nonnunq̃ȝ de pe. ⁊ re. vbi dicitur nonnunq̃ȝ infirmitas corporalis ex peccato proueniat.

SEquitur de sacramento ordinis ⁊ sciẽda sunt octo. Primum quid est ordo. Secundum quot sunt ordines: ⁊ quot sunt maiores ⁊ qui minores: ⁊ quare maiores dicuntur maiores. ⁊ quare minores dicunẗ minores. Tertiũ quot ⁊ que sunt de substantia hui⁹ sacramenti. Quartum quid est in hoc sacramento ordinis sacramentũ tantum ⁊ quid res. Quintũ que etas requiritur in ordinandis tam in minoribus ordinibus quã in maioribus. Sextum q̃ impediũt ordinandũ licet non habeat culpam: sed non sine causa. Septimũ quando christus exercuit istos ordines: Octauum que sunt officia ⁊ actus istorum ordinum siue ordinatoriũ. Circa primum dicendum ꝙ secundum magistrum sententiarũ. distintio. xiij. ⁊ secundũ hugonem est signaculũ quoddam in quo ⁊ per quod spiritualis potestas seu officium tribuitur ordinato. Ad secũdum dicendum ꝙ quãuis iuriste ponant nouem ordines secundum nouem choros angelorum: tamen theologi ponũt septem secundum dona spiritus sancti: qui sunt hostiariatus. lectoratus. exorzistatus. accolitatus. subdiaconatus. diaconatus. ⁊ presbiteratus. Et quattuor primi sunt minores quia minus accedunt ad ordinem presbiterat⁹. Ad tertium dicendum ꝙ de substantia huius sacramenti sunt sex. Primũ est potestas ordinantis. quia oportet vt sit episcopus. Secũdum est materia: vt vnctio cum oleo ⁊ balsamo in manib⁹ sacerdotum: Tertiũ est forma verborum q̃ diuiditur seu distinguitur secũdum ordinem qui recipitur. Quartũ est sexus. quia mulier non recipit characterem ordinis cũ non sit capax dicti ordinis ratione se-

rus. Quintū est ꝓpria intentio. Sextū qđ ordinandꝰ sit
baptizatꝰ ⁊ confirmatꝰ. Ad quartū dicendū quod sacra
mentū tantū in sacramēto ordinis: est visibile signū quo
potestas ordinati ostenditur. Res tamen est gratia q̄ con
fertur digne recipienti. res ⁊ sacramentū est character qui
imprimitur. Ad quintū dicēdū quod minores ordines an
te annos diseretionis suscipi ⁊ cōferri possunt si necessitas
est. idoneitas. ⁊ spes profectꝰ. ⁊ secūdum qđ dicit̄ in cle. de
eta. ⁊ quali. ordi. capitu. j. ordinandꝰ in subdiaconū debet
esse. xviij. annorū. In diaconū vero debet esse. xx. annoꝝ.
In sacerdotē. xxv. annorū. ⁊ sufficit attingere annuz. xxv.
In episcopū. xxx. annorū. Ad sextū dicendū quod multa
sunt que impediūt ordinandū sine culpa ordinādi sed nō
sine causa. vt si ordinandꝰ est ignotꝰ non debet ordinari.
vt dicit̄ extra de pere. ca. j. neqꝫ si sit bigamꝰ. xxvj. di. cap̄.
a cūctis. neqꝫ si sit neophitꝰ corpore viciatus. xxij. ij. q. j. c.
legi. nec si sit de illegitimo matrimonio natꝰ extra de filijs
presbiterorū. cap̄. j. neqꝫ si sit seruus extra de ser. non ordi.
capi. j. etiam quandoqꝫ obligatus ad ratiocinia expellit̄
ab ordinibus. Hec omnia sanctus Tho. libro. vj. summe
capi. xxxvj. Ad septimuz dicendū quod christus exercuit
ordinem hostiariatus quādo eiecit vendentes ⁊ ementes
de templo. Ordinem lectoratus: quando in medio senioꝝ
accipiēs librū legit spiritꝰ domini super me ⁊c. Ordinem
exorzistatꝰ: quando demoniacos sanauit. ordinem accoli
tatus: quando dixit ego sum lux mūdi. Ordinem subdia-
conatꝰ: quādo post cenam linteo se precinxit ⁊ pedes disci-
pulorū lauit. Ordinem diaconatꝰ quādo in cena corpus
suū ministrauit discipulis suis ⁊ dormiētes apostolos ex-
citauit. Ordinē presbiteratꝰ quādo in die cene panē ⁊ vi
nū in suū corpꝰ ⁊ sanguinez mutauit ⁊ se in ara crucis ob
tulit. Ad octauū dicēdū qđ actꝰ hostiariorū est custodire
locū cōfessionis sacramētorū ab his qui immūdi determi
nati sunt scilicet excommunicatis. actus lectorum est pro-

phetias legere. actꝰ exorzistarum est arcere demones per coniurationem ne dominentur in corpore nondū bapti zato. actus accolitorum est designare lumen euangelij in lumine naturali. actꝰ subdiaconatꝰ est oblationes accipe re ab offerentibꝰ ⁊ eas offerre diacono. legere epistolam non est actꝰ principalis diaconi sed actꝰ consequēs. Actꝰ diaconi est ordinare hostias in altari. legere euāgeliū vel predicare non est actꝰ principalis diaconi: sed est actꝰ cō sequens. Actꝰ presbiteri est consecrare corpus ⁊ sangui nem christi. ligare auctoritate vel soluere non est actꝰ prin cipalis: sed consequens actꝰ. Sed pro ampliori declara tione istiꝰ materie vide Thomā in. iiij. distintione. xxiiij. ad tertiū ⁊ per totam. di. Sed in dicto argu. tertio in cor pore dicit Tho. Unde episcopus in collatione ordinum duo facit. Preparat enim ordinandos ad ordinis susce ptionem ⁊ ordinis potestatem tradit. preparat quidem ⁊ instruendo eos de proprio officio ⁊ aliquid circa eos ope rando vt idonei sint potestatem accipiendo. que quidem potestas in tribus consistit. s. in benedictione ⁊ in manus impositione ⁊ in vnctione. p benedictionē diuinis officijs mancipātur ⁊ ideo benedictio datur. Sed per manus im positionē datur plenitudo gratie: per quā ad magna offi cia sint idonei. ideo solis sacerdotibus ⁊ diaconis fit ma nus impositio: q2 eis competit dispensatio sacramentorū quāuis vni sicut pricipali ⁊ alteri sicut ministro. Sed vn ctio ad aliquod sacramētū tractādū confecrat. ⁊ ideo vn ctio solis sacerdotibꝰ fit qui proprijs manibꝰ corpus xpi tangunt. Sic ⁊ calix inungitur qui cōtinet sanguinem: ⁊ patenā que continet corpus. Sed potestas collata fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad propriū actū perti net. Etiam quia principalis actus sacerdotis est cōsecra re corpus et sanguinē christi. quod nota.

Sequitur de sacramēto matrimonij: circa qđ sciēda sunt sex. Primum quid est. Secundū vnde dicitur:

⁊ quare magis dr̄ a matre q̄ꝫ a patre. Tertiū quādo fuit institutū. Quartū que etas reqrit̄ in recipiētibus hoc sacramentū. Quintū q̄ sunt bona matrimonij. Sextū q̄ sit causa efficiēs matrimonij ⁊ q̄ sit causa materialis ⁊ finalis. Circa primū dicēdū qꝺ matrimoniū est viri ⁊ mulieris cōiūctio indiuiduā vite consuetudinē retinēs. Ad secūdū dicendū qꝺ dicit̄ de mater. tris. ⁊ muniū. ij. quādo matris muniū: quia hoc officiū magis apparet ī matre q̄ꝫ in patre. Ad tertiū dicēdū quod fuit īstitutū in paradiso terrestri ante peccatū ade cū dictū fuit. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā. Ad quartū dicēdū quod secūdum qꝺ dicit magister sentē. li. iiij. di. xxxvj. In viris ē quattuordecī annorū: in mulierib⁹ ē duodecī annorū q̄ possunt carnalē copulā exercere: ⁊ qui possunt in ea cōsentire. Ad quintū dicēdū qꝺ tria sunt bona matrimonij. s. fides. proles. ⁊ sacramentū. Prima duo aliquādo sunt ī matrimonio ⁊ aliquādo nō. sed tertiū est de necessitate. q̄ȝ vinculū indiuisibile. sic dicit magis. sentē. li. iiij. di. xxxj. Ad sextū dicendū qꝺ causa efficiēs matrimonij est cōsensus amborū per verba de presenti expressus. materialis causa sunt persone legitime. Formalis ē debita verborū prolatio cū dicitur accipio te in meā vel te in meū. Finalis ē prolis procreatio: ⁊ fornicationis euitatio. memoriter bigamie precepta decātāt: vt q̄ christiane pudicicie despiciūt fidē: discant saltē ab ethnicis castitatē. fert̄ aureolus Theophrasti liber de nuptijs. ī quo querit an. s. sapiēs vir ducat vxorem. Et cū diffinisset. si pulchra esset. si bene morigerata. si honestis parētib⁹. si ipse san⁹ ac diues. Sic sapiētē inire aliquādo matrimonium statim ītulit hoc autē raro in nuptijs vniuersa ista cōcordāt. Nō ē igit̄ vxor ducēda sapiēti. Primū eniȝ impedit studia philosophie. nec posset quenq̄ꝫ libris ⁊ vxori pariter inseruire. Multa eni esse q̄ matronarū vsibus necessaria sunt. Preciose vestes. aurū. gēme. sumptus. ancille. suppellex varia. lectice. vt esseda

deaurata. deīde per totā noctē garrule.cōq̄stiones.ſ illa ornatioꝛ pcedit in publicū.hec honorat̄ ab omnib⁹:ego in contēptu feminarū miſella deſpicioꝛ.cur aſpiciebas vicinā:quid cū ancilla loq̄baris: de foris veniēs quid attuliſti:non aurū habere poſſumus: nō ſodalē.alteri⁹ amorem ſuū odiū ſuſpicatur. Si doctiſſim⁹ preceptoꝛ in qualibet vrbiū fuerit nec vxorē relinquere nec cū ſarcina ire poteſt. Pauperē alere difficille eſt.diuitē ferre tormētum. Adde q̄ nulla eſt vxoris electio: ſed qualiſcunq̄ʒ obuenerit habenda. Si iracūda.ſi fatua.ſi deformis. ſi ſuperba. ſi fetida quodcūq̄ʒ vitij eſt poſt nuptias diſcim⁹. Equus. aſinus.bos.canis.ꝛ viliſſima mancipia. veſtes quoq̄ʒ ꝛ lebetes.ſedile ligneū.calix.vrceolus fictilis probant̄ pri⁹: ꝛ ſic emunt̄. Sola vxoꝛ non oſtēditur ne antea diſpliceat q̄ʒ ducatur. Attendēda eſt ſemper eius facies ꝛ pulchritudo laudanda ne ſi alteram aſpexeris ſe eſtimet diſplicere. Vocanda domina.celebrandus natalis ei⁹. Iuſiurandū per ſalutem ei⁹ vt ſit ſuperſtes optādū ꝛc. Verū quid pdeſt etiam diligens cuſtodia cū vxoꝛ ſeruari etiam impudica non poſſit:pudica nō debeat. Infida enim cuſtos eſt caſtitatis neceſſitas. ꝛ illa vere pudica dicenda eſt cui licuit peccare:ſi voluit: pulchꝛa cito adamatur. feda facile concupiſcit. Difficile cuſtoditur qd̄ plures amant. Moleſtum eſt poſſidere quod nemo dignat̄ habere. Minore tamen miſeria deformis habetur quam formoſa ſeruatur. Nihil tutum eſt in quo totius populi vota ſuſpirant. Alius forma.ali⁹ ingenio. ali⁹ facetijs.i.vrbanitate.ali⁹ liberalitate ſollicita. Et ſic aliquādo expunatur quod vndiq̄ʒ inceſſitur. Et ſic tu conclude q̄ nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Ioan. viij. quoniā quiſq̄ʒ aut amat deū aut amat mundū. Hec dixi ſubmitens me correctioni ſancte matris eccleſie catholice.

¶ Speculum sacerdotum volētiū celebrare missaꝫ.



T primo ante missā habēda sunt tria. s. intētionis discussio: gen̄ralis cōtritio ꝛ pura cōfessio. Intētionis discussio: ne propꝰ vanā gl̄iaꝫ celebret. ne propter verecūdiā. ne ꝑpter alicuiꝰ ꝑsone favorē. ne propter lucrū tpale. nec ꝑpter cōsuetudinē. Generalis ꝯtritio debet esse de obmissis bonis q̄ facere debuit: ꝛ ð pctis cōmissis corde ꝛ opere. Pura cōfessio notabiliū peccatoꝝ cōmuniū vel notoꝝ vel ignotoꝝ. In missa sit diligēs sacerdos circa locū id est tabulā vt recipere possit vtraqꝫ. Diligētior circa calicē: ne sit fractꝰ vel nō ꝑparatꝰ. Diligētissimꝰ circa materiā: ne hostia sit corrupta: vinū acetosū aut ðsit aqua. In canōe sit diligēcia magna i signis: vt humilit̄ fiāt. maior in ðbis: vt veraciter ea dicat. Maxima in intētione vt firma fide cōsecrare intēdat. In cōsecratiōe habeat diligētiā ad cōficiēdū corpus xpi. Reuerētiā ad tangēdū ꝛ deuotionē ad sumēdū. In tāgēdo corpus xpi sit reuerentia magna ꝑpter cōtinētiā tā excellentis corporis xpi. Maior ꝑpter cōtinentiā taꝫ excellentioris aīe xpi. Maxima ꝑter cōtinētiā tam excellētissime diuinitatis christi. Quin cōsecrādo intēdit facere ð im ꝛ per lachrymas colere. morte christi memorari. totā ecclesiā adiuuare. Qui in cōsecrando intēdit cōseq̄ augmētū dilectiōis: in sepabilitatē vniōis: accelerationē fruitionis. Sit humilis oratio in ꝑmo ꝛ scðo memēto ꝓ se. ne tā idignꝰ minister indigne recipiat tā dignissimū mysteriū. Ne tā indeuotꝰ ꝑsbiter iustissimū iudicē flectat i suū iudiciū. Ne tā immūdꝰ hospes tā excellētissimū hospitē a se repellat fetore criminū. ꝛ pijssimꝰ dn̄s eū ꝑticipē faciet electorū sacerdotū. Secūdo ꝓ viuis: vt sint ꝑticipes tāti mysterij: auditores habiles missaꝝ beneficij: humiles cōtēptores vanitatū mūdi: satisfactores stabiles defectꝰ proprij ꝛ sectatores vigiles diuini bn̄ficij. Tertio in scðo memēto ꝓ ðfūctis: vt ꝑ tā suauissimū mysteriū habeāt cōtinuū subsidiū. vt ꝑ ꝑces eccl̄ie ꝛ fideliū habeāt suaue a penis refrigeriū. vt ꝑ hoc nr̄m ministeriū habeāt scðꝫ reditū ad sctōꝝ cōsortiū. Post missā fiat sūma grāꝝ actio ð tāto p̄āe suauissimo angeloꝝ creatore a creatura recepto. ð tāto viatico ꝓficuo xpi electorū creatura recepto. O sacerdos corpꝰ tuū quotidie efficit̄ sepulchrū xpi. Quomodo ex ore tuo ꝓgredit̄ falsitas ꝑ qð igredit̄ veri=

tas? Quomodo oculi tui vidēt vanitatē: q̄ quotidie aspiciūt veritatē? Quomodo manꝰ tue extēdunt ad illa: q̄ tenēt tenentē oīa? Quomodo te reples ꝛ īgurgitas vino: q̄ debes esse plenꝰ deo?

Versus.

Cum domino psalles: psallendo tu tria serues.
Dirige cor sursum. bene ꝓfer. ꝓspice sensum.
Cōstat in altari: carnem de pane creari.
Iste cibus deus est qui negat hoc reus est.
Tam sanctum pignus nemo sumat nisi dignus.
Qui capit indigne: diro hic cruciabit igne.

Dñi Petri Helene epī breue sed iocūdissimuz in ecclesie speculum epygramma.

Quisquis ad altaris pergis solēnia sacra
Hortor ꝛ admoneo. quod tibi ferat opem.
Ecclesie legito q̄ specula nunc tibi mitto.
Cum legeris relegas. deniqꝫ doctus eris.
Misse mysteria quid signēt sacraqꝫ nescis.
Istic comperies. hoc igitur repetas.

Deo gratias.

¶ Impresum hispali per Jacobum crōberger anno domini. Millessimo quingētessimo. xij. xvj. Kal. ianuarij.